

Bolzi Gregorio, 27 marzo 1627	p. 37
Rossi Girolamo, 24 giugno 1628	p. 39
Botti Michelangelo, 16 luglio 1628	p. 40
Bombini Paolo, 25 gennaio 1629	p. 41
Malfanti Genesio, 28 agosto 1629	p. 42
Carrara Gabrio, 7 ottobre 1630	p. 43
Longhi Lorenzo, 16 febbraio 1631,	p. 44
De Domis Giovanni Agostino, 5 agosto 1632	p. 46
Guadagni Carlo, 30 novembre 1632	p. 47
Negro Girolamo, 28 novembre 1633	p. 49
Ciria Giuseppe Maria, 27 gennaio 1633	p. 50
Avogadro Lucio Giuseppe, 6 aprile 1633	p. 50
Stefonio Francesco, 28 agosto 1633	p. 51
Carcassola Carlo, 29 settembre 1633	p. 52
Visoni Giovanni Maria, 14 settembre 1634	p. 53
Botti Antonio, 8 febbraio 1635	p. 54
Bonfiglio Pietro Antonio, 8 febbraio 1635	p. 55
Albani Bonifacio, 19 agosto 1635	p. 58
Spinola Paolo Maria, 21 gennaio 1636	p. 59
Spinola Stefano, 13 dicembre 1637	p. 60
Baldo Antonio, 17 gennaio 1638	p. 62
Pietrasanta Carlo, 13 maggio 1640	p. 62
De Ferrari Paolo Gregorio, 4 novembre 1644	p. 64
Santini Francesco, 30 novembre 1645	p. 64
Cosmi Stefano, 3 marzo 1647	p. 66
Doria Giovanni Girolamo, 1 agosto 1648	p. 68
De Mari Francesco Camillo, 11 novembre 1649	p. 69
Spinola Angelo, 16 dicembre 1650	p. 70
Spinola Filippo, 8 aprile 1652	p. 71
Bertoni Maurizio, 24 giugno 1655	p. 72
Bossi Enrico, 24 dicembre 1656	p. 73
Gambara Andrea, 14 gennaio 1658	p. 74
Tiboldi Andrea, 30 agosto 1660	p. 74
Rovelli Carlo Francesco, 5 giugno 1660	p. 76
Borsa Alessandro Maria, 25 settembre 1661	p. 77
Bonetti Leonardo, 18 dicembre 1661	p. 78
Caracciolo Giovanni Battista, 23 aprile 1662	p. 80
Cambiagio Giacomo Filippo, 21 maggio 1662	p. 81

ELOGIA

NONNULLORUM

PIETATE, DOCTRINA ET DIGNITATE

ILLUSTRIUM VIRORUM

CONGREGATIONIS DE SOMASCA

Acta Congregationis II
(1603-1663)

EDIZIONE

a cura di

CARLO PELLEGRINI, C.R.S.

INDICE

Trissino Gaspare, 7 settembre 1604	p. 1
Moro Piero, 29 maggio 1605	p. 2
Delio Vittorio, 1606	p. 3
Capello Vittore, 27 maggio 1607	p. 5
Varesio Ambrogio, 3 giugno 1607	p. 6
De Rossi Costantino, 1 luglio 1607	p. 6
Gambarana Angiolmarco, 2 luglio 1608	p. 8
Valtorta Giacomo Antonio, 28 settembre 1608	p. 8
Ciotti Angelo, 8 giugno 1608	p. 9
De Marchi Marcantonio, 8 settembre 1611	p. 11
Carrara Paolo, 31 maggio 1612	p. 11
Marcello Luigi, 11 novembre 1613	p. 12
Tontoli Francesco, 29 settembre 1614	p. 13
Rotini Giorgio, 26 ottobre 1614	p. 14
Franchetti Francesco, 14 gennaio 1616	p. 15
Pazman Pietro, 27 aprile 1616	p. 17
Cerchiarì Bartolomeo, 24 giugno 1616	p. 18
Da Lanciano Giovanni, 22 novembre 1616	p. 19
Moia Pietro Francesco, 10 settembre 1617	p. 20
Ubalдини Agostino, 18 febbraio 1618	p. 21
Spinola Giovanni Battista, 21 febbraio 1618	p. 23
Cerchiarì Luigi, 8 dicembre 1618	p. 24
Monticoli Lamberto, 25 giugno 1619	p. 25
Santini Antonio, 1 gennaio 1620	p. 26
Guazzoni Agostino, 1622	p. 27
Galliano Girolamo, 27 agosto 1623	p. 28
De Angelis Agostino, 29 luglio 1624	p. 30
Crescenzi Alessandro, 13 dicembre 1624	p. 32
Lingueglia Giovanni Agostino, 1 giugno 1625	p. 34
Santini Bartolomeo, 11 febbraio 1627	p. 36

ACTA CONGREGATIONIS

VOL. II

1603 – 1663

JACOBUS PHILIPPUS CAMBIASIUS

Professus Genuae 21 maii 1662, moritur 1687.

Iacobus Philippus Cambiasius, Genuae ex optimis parentibus ortus, Congregationis ab anno 1662 professus, rectam vitae, suorumque institutionem sequens scientificas artes, nec non sanctorum scientiam apprime calluit; amplexus concionandi munus Albingae, Genuae, Taurini et alibi, animarum profectum et pravorum voluntatum emendationem studiosissime procuravit; a caenitiorum, divina auxiliante gratia, ad viam salutis quamplures a longa aetate sordidatos educens, atque mercedem a Deo unice operarius dignissimus expectans, obiit 4 octobris Albingauni 1688. Edidit Genuae 1674 orationem habitam coram Serenissimo Principe et excellentissimis patribus prenotatam: *Le due corone del ligure Giano*, in die Concordiae Genuensium. Item: *Il nuovo Elia*, panegyricum in beatificatione Joannis a Cruce Carmelitarum excalceatorum principis, ibidem 1676. Item reliquit praelo destinatas: *Conciones quadragesimales*, manu scriptas patrio sermone. De quo viro mentio in libro Actorum collegii Albingaunensis.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 26; A. CAPPELLINI, *Dizionario biografico di Genovesi illustri e notabili*, Genova 1941, p. 43.

golari Somaschi», Roma 1928, p. 172-173; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 49-50; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 180-182.

JOANNES BAPTISTA CARACCIOLUS

Mortuus Neapoli 1714, professus 23 aprilis 1662.

Ioannes Baptista Caracciolus a Sole, Neapolitanus, ex comitibus Sancti Angeli, sacrae theologiae professor emeritus, post obita nonnulla Ordinis nostri munia: rectoratus, consiliariatus, provincialatus, anno 41° a sua professione solemni Calvensi ecclesiae praefectus est die 25 ianuarii sub Clemente X. Obiit vero Neapoli die 5 novembris 1714, sepultusque fuit in capella Magni Siniscalchi Sergiani in ecclesia Sancti Ioannis de Carbonaria gentilitiae domus suae, sequenti inscriptione, ex Ughelli, *Italia Sacra*:

Ioannes Baptista Caracciolus a Sole ex comitibus Sancti Angeli
Episcopus Calvensis e Congregatione de Somasca
Mortale quod habebat moriendo deposuit
die 3 novembris, aetatis suae 69,
reparatae vero salutis MDCCXIV.

Bibliografia: F. UGHELLI, *Italia Sacra*, Venezia 1720, VI, c. 482; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 91-92; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 29-30; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Calvensis*, p. 137-138.

GASPAR TRISSINUS

Professus Vicentiae 7 septembris 1604.

Gaspar Trissinus, ex comitibus Vicentinis, theologus eruditissimus et concionator eloquentissimus, Francisci Tridenti celeberrimi ubique gentium viri materno et traduce pronepos (cuius effigiem affabre depictam in fronte cuiusdam voluminis epistolarum et carminum, quae a disertissimis viris Francisco mittebantur, collecti toto orbe, opera et impensis Friederici cardinalis Borromei et asservati in bibliotheca Ambrosiana, numerosis et gravissimis hendecasyllabis exornavit) ne dum literas coluit, verum et pietatem, aequae pius ac doctus. De Congregatione benemeritis supremum diem senex clausit, sed pridem latine elegantissimo stylo acta sanctae Savinae Trissinae, et Naboris et Felicis martyrum, in 8°, Mediolani 1626 evulgaverat. Eius iconi, quae in anathema oblivionis in collegio Vicentino depicta est, inscriptio haec habetur apposita:

«P. D. Gaspar Trissinus mente angelus, ingenio philosophus, stylo rethor ornatus, in omnibus vera sapientis idea, cui lauris, annisque pleno plus rependit silentio fama, quam tribuerit scribendo calamus».

Laudatur inter celebres chronologos a Salvat. Vitali in Theatro Mediolanensi, pag. 223. Fuit in praedicto collegio praepositus votorum tenacissimus custos et praecipue paupertatis ferventissimus observator, ut quidquid vel leviter proprietatem saperet, abhorreret, unde factum est quod cum Antonius Prianti iuris utriusque doctor in

curia episcopi Vicentiae iura nostra, in quadam de praecedentia in associatione funerum ex parochia cum Mendicantibus controversia propugnasset anno 1622 die 20 septembris, sub eadem die collegiale capitulum coegerit, ut sibi veniam daret munusculum ex pane dulciario praedicto iurisperito largiendi pro eius opera et labore, quam cum plenis suffragiis obtinuisset, eandem facultatem petiit pro his et similibus casibus, quod et concessum. Acta capituli collegii Sanctorum Philippi et Jacobi, nec non res notabiles ibidem collegit et librum conscripsit authographum. Ex relatione desumpta ab archivo Montfortiano Sancti Petri de Mediolano Miscellanea patris Semenzi vidend. De eo meminerunt Osius in *historia Laud.*, Barbaran. in *hist. Ecclesiae Vicentinae*, Hieronymus Boss. in suis epistolis et alii.

Bibliografia: P. P. VENTURINI, *Gaspar Trissine... ut prudentiae tuae arae vanerationis iure*, 32p; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 149-150; ANGIOLGABRIELLO DI SANTA MARIA, *Biblioteca e storia di quegli scrittori così della città come del territorio di Vicenza*, Vicenza 1782, VI, p. 124; S. RUMOR, *Bibliografia storica della città e provincia di Vicenza*, Vicenza 1916, n. 39, 5220; G. ALCAINI, *Le nostre case in Vicenza*, «Bollettino della Congregazione di Somasca», III (1917), f. 1, p. 19; S. RUMOR, *Chiese e conventi dei Padri Somaschi a Vicenza*, «Rivista della Congregazione di Somasca», V (1929), p. 42.

PETRUS MORO

Professus Mediolani 29 maii 1605, obiit 1661.

Petrus Moro, Venetus, orator et vates sua aetate celeberrimus, in collegio Clementino eloquentiae professor, vir fuit graece lati-

simo, Pico instituendo, atque literis informando, praeceptorem omnium virtutum et scientiarum laude cumulatissimum quaereret, inter plurimos, qui a diversis regularium ordinibus offerebantur, Leonardum a Congregatione Somascha oblatum, omnibus posthabitis, selegit, eumque caeteris praetulit, qui principem filium suum institueret; optimo sane iure, nam intra nonnullos annos perspicaci, versatili atque excelsa adolescentis iuvante Minerva, eum politioribus litteris primum, mox philosophicis et theologiacis scientiis adeo imbut, ut deinceps cardinalitiae dignitati tum ex generis sublimitate, tum ex literarum cultu splendidissimum lumen evaserit. Ex aula in Congregationem redux ob insignia eius intus et foris merita et promerita procurator generalis Ordinis, indeque bis provincialis et consiliarius adlectus est; quibus in muneribus omnes amoris sui in congregationem partes explevit. Cum eloquentiae professor esset, edidit opus academicum, cui lemma: *La tripode dono di Apollo*; alterum praenotatum: *Le nazioni in Arsenale*, Paduae 1678. Item Venetiis, anno 1687, opus in folio, cui titulus: *Radius et fulmen Caesaris, Vienna propugnata, Buda capta. Votum S. A. C. M. Leopoldi I a Leonardo Bonetto Congregationis de Somasca, apud serenissimum Alexandrum II Mirandulae ducem serenissimum Ludovici filii theologiae lectore*, carmen hexametrum adeo grave, turgidum, fluvidum et sensatum, ut a priscis, vel priscis temporibus elucubraturum esse videatur, et cui, si cum veterum poetarum conferatur elucubrationibus, nihil prorsus sit desiderandum, de quo meminit luculenter *Diarium Literatorum* sub anno 16. Praelo etiam evulgavit, ibidem 1709, elegantissimum opusculum sub lemmate: *Vota obsequii aris appensa serenissimae reipublicae Venetae, alterum in inauguratione serenissimi principis Ioannis Cornelii, alterum in funere serenissimi Aloysii Mocenico*, apud Albricium, in 8°. Obit Venetiis aetatis suae 71 anno, salutis 1716.

Bibliografia: *Giornale de' Letterati di Parma*, Parma 1687, p. 70; *Galleria di Minerva*, Venezia 1725, t. VI, c. 252; A. ZENO, *Lettere*, Venezia 1752, I, c. 204-205; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 15-16; G. MAZZUCHELLI, *Gli Scrittori d'Italia*, Brescia 1763, v. II, p. III, p. 1598-1600; P. *Leonardo Bonetti*, in «L'Ordine dei Chierici Re-

bus ad religiosos habitis, optime de religione, deque morum disciplina meritis est. Obiit in praedicto collegio anno 1704. Multa composuit, sed typis evulgavit opus sua pietate et suavitate conditum, nempe: *Sermones*, in duas partes, vernaculo sermones discretos, quarum prima prodiit Mediolani 1695: *De sacro Philotheae amore*; altera ibidem, anno 1697: *De foelici Philotheae obitu*, in quibus lectores ad Dei amorem instruit et ad immortalitatem, posthabitis huiusce mundi caducitatibus, hortatur. De eo mentionem faciunt, qui sui saeculi historiam tractant.

Bibliografia: F. ARGELATI, *Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium*, Milano 1745, c. 203; t. II c. 1960; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 24-25; G. MAZZUCHELLI, *Gli scrittori d'Italia*, Brescia 1763, v. II, p. III, p. 1805-1806.

LEONARDUS BONETTI

Professus Veronae die 18 decembris 1661, obiit 1716.

Leonardus Bonetti, Veronensis, Somaschis adscribitur anno 1661, die 18 decembris. In omnium scientiarum genere fuit celeberrimus; Patavii, Veronae oratoriam artem, Venetiis philosophiam et theologiam in liceis nostris professus est; rethoricis, poeticis, scholasticis et canonico-moralibus facultatibus ornatissimus. Alexander II, Mirandulae dux, cum pro serenissimo suo filio Ludovico, nunc Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali amplis-

neque doctissimus et in aliis scientiis probe versatus. Huic saepissime supplicatum est per generalia comitia, ut Annales nostros conscriberet, tanta ei erat eloquii venustas et facilitas. Magister fuit in eodem collegio venerabilis Francisci Franchetti ibidem alumni in rethoricis, rector tandem Mendicantium in magna domo Venetiarum. De eo meminit Crescentius in Praesidio Romano libro 2. Edidit ad usum nostrarum scholarum Grammaticam Graecam et Latinam, necnon alia opuscula suo aevo dignissima, quorum titulum me latet. Obiit Venetiis die 26 septembris 1661.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 104-105; G. ALCAINI, *Intorno alla storia della Congregazione di Somasca*, «Bollettino della Congregazione di Somasca», I (1915), n. 3, p. 23.

VICTORIUS DELIUS

Professus anno 1606, mortuus 1624.

Victorius Delius Vicentinus, eruditissimus sacerdos Congregationis nostrae, ne dum eruditionis, verum et praecipuae probitatis ornamentis decorus. Sive studio devotionis, sive operum assiduitate defatigatus, dum cubitum iret, eius stratum sternebat e paleis, vel nudis ex tabulis et, ne quis laboriosam vel incommodam dormitionis quietisve suae formam supra nudis tabulis coniceret, summo mane lectum ipsum linteis, anaclinteriis atque lodi-

ce quotidie, ut moris apud nos est, componebat. Ad exiguum dormiebat, sed noctu surgens e paleis vel tabulis, genibus flexis psalmos recitando se acriter diverberabat per flagella, seque per catenata cilicia interdum pariter divexabat. Ab esu carnum totam vitam abstinuit; ter in hebdomada solo pane et aqua contentus, asperrima frigidiorique tempestate, dum in Insubria moraretur, semper in tibiis incessit, solis calceis pedibus involutis atque circumligatis. Praeter eam, quae in usu nostro quotidiano est, tres alias horas in oratione in singulos dies traducebat, in qua visus est modo gemens, modo sollicitus, modo sublatus. Ferias autumnales in heremo Somaschensi transigebat, ubi totam diem noctemque pluries in precibus, orationibus, poenitentiis impendit, et quia eiusmodi fuere eius vitae asperitates et incommoda, ut ipsum frequenter ad ultimum languorem inducerent, praecepto sanctae obedientiae per praepositum generalem indicto, debuit ab eis temperare. Super daemones multum valuit et ab obsessa muliere, dum Papiae detinebatur, eiecit. Salodii tandem maceratione potius quam morbo victus, aetatis suae 33, die 27 octobris 1624, in Academia Sancti Benedicti occubuit, die et hora transitus sui confessario suo multo ante manifestatis. Ex Actis collegii Vicentiae, pag. 101, necnon ex scriptis in domo Sancti Petri Montisfortis Mediolani. Asservatur eius effigies Vicentiae, depicta in tabula cum hoc loculento elogio: «Pater dominus Victorius Delius Vicentinus, omnes assecutus lepores, ad caelestem se contulit philosophiam; an inglorius sanguine et lacrymis irrigaverit lauros dubitatis. Agnomen et nomen agnoscite, in utroque semper Victorius».

Bibliografia: FR. BARBARANO, *Historia Ecclesiastica della città, territorio e diocese de Vicenza*, Vicenza 1652, IV, p. 223-225; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 40-41; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 60-61; G. ALCAINI, *Le nostre case in Vicenza*, «Bollettino della Congregazione di Somasca», III (1917), n. 1, p. 20-21; P. Vittorio Delio, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi nel IV centenario della Fondazione, 1528-1928», Roma 1928, p. 143; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1976, I, p. 156-157.

Bibliografia: G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 87; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 124; F. ARGELATI, *Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium*, Milano 1745, c.1244-1245, 2005; PL. TATTI, *De gli Annali Sacri della città di Como*, Como 1663-1734, III, p.125; G. B. GIOVIO, *Dizionario degli uomini illustri della Comasca diocesi*, Modena 1784, p.448; P.D. Carlo Francesco Rovelli, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi nel IV centenario della Fondazione, 1528-1928», Roma 1928, p.211; M. TENTORIO, *Padre Rovelli Carlo Francesco*, in «Per la Storia dei P. P. Somaschi in Como», II, Genova 1980, p.7-22; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C.A. 1980, II, p. 285.

ALEXANDER MARIA BURSA

Professus Mediolani 25 septembris 1661, moritur 1704.

Alexander Maria Bursa, nobilis Mediolanensis, adolescens Congregationem ingressus anno 1661, primum in liberalibus disciplinis, mox in divinis litteris instruitur. Alios docere iubetur semper, et quoad vixit summorum virorum in poeticis et oratoriis consuetudine delectatus est maxime, ut apud eos summam laudem et existimationem comparavit. Quamvis saepissime ab incommodis corporis morbisque ad otium tentaretur, tamen vitae rationem iugiter retinuit, nec umquam a literariis laboribus perpetua lectione ac lucubrationibus abstinuit. Vir fuit apprime humanus, benignus et facilis, lepidus et docte urbanus. Praepositus in collegio Sancti Petri Montisfortis in patria patribus perpetuum modestiae, humilitatis et suavissime pietatis exemplar fuit. Praeses insubricae provinciae, qua orationibus ad Deum effusis, qua hortationi-

CAROLUS FRANCISCUS ROVELLI

Professus Mediolani 5 iunii 1661, moritur 1729.

Carolus Franciscus Rovelli, nobilibus parentibus ortus in civitate Novocomensi, adolescens in Congregationem anno 1661 adductus, in ea patientiae, simplicitatis, misericordiae summis laudibus spectabilis fuit, studio et labore in divinis litteris addiscendis docendisque nemini secundus, in recitandis horis canonicis divinisque aliis officiis peragendis maxima se et attentione conspicuus, continentiam in verbis et factis, vigilantiam in muneribus sibi ab obedientia decretis mirifice professus est. Philosophiae cathedram, publicus et ordinarius in universitate regia Ticinensi lector plura lustra laudabiliter rexit. Episcopus Araganus Veliternensis ab Innocentio XII electus et nominatus, religiosae vitae disciplinam ecclesiasticis honoribus praehabuit. Verum quia ex Horatio retinet testa odor quo primum est imbuta, castigatos mores, eamdem vivendi formam eamdemque pietatem, quam a primis annis in Congregatione hauserat, usque ad senium servavit, ut vel in frigida aetate ferventissimus tiro laudaretur. Obiit Mediolani in collegio Sanctae Mariae Secretae a partu Virginis 1729, aetatis suae 87. Edidit in 4 librum cui titulus: *Imago Principis optimi*. Item orationes duas Carolo VI augustissimo caesari dicatas, quarum altera prenotabat *Tributum litterarium Caroli Francisci Rovelli, publici Ticinesi universitate professoris ac Sancti Officii pro fida catholica consultoris*; altera vero pro lemmate habet: *Grati animi plausus etc. pro demando regimine provinciae Mediolanensis serenissimo principi Lovenstheniensi Carolo Maximiliano*, Mediolani fuerunt impressae sub anno 1727, quibus accessit oratiuncula, cui titulus: *Preces apud domini pro Austriaca successione throno augustissimo a Deo impetranda*.

VICTOR CAPELLUS

Professus Salodii 27 maii 1607.

Victor Capellus, Venetus, ab anno 1607 non familiae tantum, quantum sapientiae luce coruscans, magis quidem inter nos spatio 26 annorum, laboribus sed et gradibus spectabilis fuit. Vicarius enim et procurator generalis Ordinis pluries in Romana aula virtutem suam et probitatem probavit. Hinc ne sine praemio lateret in terris, ecclesiae Famaugustanae pastor datur anno 1633, qui deinceps diuturnis conspicuis laboribus obiit aetatis suae 60 a reparata salute anno 1648, ad cuius iconem est sequens inscriptio: «Pater dominus Victor Capellus, Venetus patritius, magnis inter nos laboribus et honoribus perfunctus, ex procuratore generali ad Salaminis ecclesiam episcopus assumitur. Sui semper victor, tanti mensuram nominis implet».

Bibliografia: G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 53; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 29; C. FLAMINIO, *Creta Sacra*, Venezia 1775, II, p. 102; E. A. CICOGLA, *Dell'inscrizioni Veneziane*, Venezia 1824-1853, III, p. 580; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 232-234; R. RITZLER – P. SEFRIN, *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Famaugustana*, p. 184; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, San Salvador C. A. 1976, I, p. 176-177

AMBROSIUS VARESIUS

Professus Papiæ 3 iunii 1607, moritur 1647.

Ambrosius Varesius, Mediolanensis, ingenii, dexteritatis, auctoritatis miraculum. Anno 1641, inter generalia Italorum et Francorum comitia, Congregationis Somaschæ et Doctrinæ Christianæ in Gallia præpositus generalis constituitur atque declaratur. Elapsis sex annis, nempe anno 1647, ob egregias eius dotes et ob prudentissimum Ordinis regimen iterum supremo magistratu inauguratur, at magistratum attingit, non obiit. Anno enim sequenti appoplexia sublatus, alii dicunt, nondum solutis comitiis, vitam clausit improbante ne caelo, an sua repetente incessum est, probante quidem vitreum in terris esse quidquid in terris lucescit. Pater Sementius in *Chronologia* manu scripta.

Bibliografia: G. SCOPA, *Poesie dimestiche e postume*, Belluno 1697, p. 101-121; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 58-59; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1934, III, p. 273-275.

CONSTANTINUS DE RUBEIS

Professus Papiæ die prima iulii 1607.

lator, totam plane in charitatis, patientiæ et humilitatis operibus vitam insumpsit, ut ferme nullum momentum temporis ei præterierit vacuum laude pietatis. Pauperes orphanosque singulari affectu prosequabatur et semper persecutus est, instituti nostri non immemor et sanctæ memoriæ patris nostri Hieronymi Aemiliani immitator, Genuæ duo puellarum asceteria instituit atque excitavit, quæ collegialiter præscriptis orationibus ardentius Deum laudarent eique securius in cordis candore et corporis puritate inservirent. Ibidem Coelestium monialium confessarius studiosissimus, parochus vigilantissimus, ecclesiastes piissimus omnia hæc munia plurimos annos obivit amplissimo meritorum foenore et copiosissimo animarum emolumento. Propter regularis observantiæ zelum quo ardebat, bis præpositus Genuæ collegium illud verbo et exemplo aedificavit. In morbo maligno tandem, quo e vivis migravit, ad duos et ultra menses diuturno, eximium et frequentissimum constantis in Deum et eius Matrem sub titulo de misericordia amoris, et in malis singularis patientiæ et conformitatis documentum exhibuit non sine medentium admiratione et excubitorum præconiis, ut communiter charitatis, dum viveret, prodigium et fortitudinis, dum moreretur, miraculum fuerit appellatus. Vitam temporalem cum aeterna commutavit die 19 octobris 1711 in collegio Sanctæ Mariæ Magdalænæ Genuæ, ubi dies suos religiose transegit et piissime clausit ætatis suæ 68. Ita ex libro Actorum eiusdem collegii, pag. 85.

Bibliografia: A.STOPPIGLIA, *Il padre Giovanni Andrea Tiboldi e le oblate Somasche*, in «L'ordine dei Chierici Regolari Somaschi», IV (1928), p. 160-168, 256-258; V(1929), p.131-146; M.TENTORIO, *I PP.Somaschi nella Parrocchia della Maddalena di Genova: i Somaschi direttori di monasteri*, Genova 1976, p.22-23; A.GRISERI, *Fiorilegio Somasco*, S.Salvador A.C. 1980, II, p.40-44.

ANDREAS GAMBARA

Professus Venetiis 14 ianuarii 1658, obiit 1704.

Andreas Gambara, Veronensis, adolescens Congregationi adscriptus est anno 1659. Theologiam nedum professus, verum et concionandi munus. Obiit Somaschae anno 1704. Scripsit italice orationem in canonizatione divi Philippi Benizi, typis editam Mediolani 1676, cuius lemma: *Il processo*. Item opus in 8°, cui titulus: *Stile d'oggi, ovvero Disinganno dell'eloquenza*, Venetiis 1688.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p.76-77; E. A. COGNA, *Bibliografia Veneziana compilata da Girolamo Soranzo*, Venezia 1885, p.452; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p.112-113.

ANDREAS TIBOLDI

Professus Genuae 30 augusti 1660, moritur 1711.

Andreas Tiboldi, ex oppido Novarum serenissimae reipublicae Genuensis, eximius rerum spiritualium magister, pro Congregationis nostrae commodo et pro Ecclesiae bono perfervidus ze-

Constantinus De Rubeis, Salaminius in Cypro, ab ineunte aetate Congregationem ingressus, per omnes laborum gradus ad cumulatissimam scientiam evasit. Apostolico spiritu concionatus est, confecto pluries magni ieiunii curriculo, in vitia adeo perfervidus, ut nulla humana ratione, nullaque carnis prudentia a zelo Dei dimoveretur. Antequam Mediolani contagium foede debaccharetur, anno scilicet superiori ibi Ecclesiastem egit, quem tanta voluptate Fridericus cardinalis Borromeus archiepiscopus concionantem audivit, ut saepissime se numquam in sacris litteris eloquentiorem et eruditorem Constantino audivisse fassus sit aperitissime. Eius fama vagante, apostolica limina honestus rumor insedit, quare Urbanus VIII Zacynthi et Cephaloniae episcopum creat anno 1634, nisi quod annis posterioribus, nempe 1639, ab eodem summo pontifice ad pingiorem Velliensem ecclesiam transfertur. Edidit italice: *La Collana d'oro* panegyrium in die solemnem et festivo Concordiae serenissimae reipublicae Genuensium, Genua 1624 in 4°; *La Rosa* aliam panegyrim in die festo Beatae Virginis da Rosario, Maceratae 1634 in 4°; item Mediolani praelo commisit 1630 *La vita del beato Girolamo Miani, fondatore de' Chierici Regolari Somaschi*, in 4°; nec non anno 1622 ibidem *La viola inviolata* in laudem divi Caroli Borromei. Ameriae vero in laudem sanctae Firminae virginis et martiris, eius civitatis advocatae, *Il Fermamento della fermezza* etc. Item evulgavit latine et metrica elegantissimum volumen *Poeticarum elucubrationum*. Crescentius in suo *Praesidio Romano*, libro 2, mentionem de eo facit.

Bibliografia: G. P. CRESCENZI ROMANI, *Presidio Romano*, Piacenza 1648, II, p. 240; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 50-51; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 63-64; D. FARLATO, *Illyricum Sacrum*, Venezia 1775, VI, p. 646; A. STOPPIGLIA, *Bibliografia di San Girolamo Emiliani con commenti e notizie intorno agli scritti*, I, *Vite e compendi*, Genova 1917, p. 27-38; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Cephaloniensis* 135, *Veglensis* 361; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1976, I, p. 178-181; M. TENTORIO, *Angeli Custodi*, Genova 1992, I, p. 24.

ANGELUS MARCUS GAMBARANA

Profesus Papiæ 2 iulii 1608, moritur 1623.

Angelus Marcus Gambarana, Papiensis, venerabilis Marci Angeli nepos, singularis pietatis et doctrinae commendatione illustrior quam sanguinis nobilitate, non diu in Congregatione vixit, raptus est enim immaturo fato, nempe sub anno 1623, in aetate triginta annorum, die 11 augusti. Singulis sabbathis in ecclesia cathedrali Cremonensi sermones de beata Maria Virgine habuit, per diversa loca quater Ecclesiastem in quadragesimalibus diebus egit, maiora in dies acturus, ni tam celeriter obiisset. Eius corpus quiescit Cremonae in ecclesia Sancti Geroldi. Vide librum Actorum eiusdem collegii.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 78.

JACOBUS ANTONIUS VALTORTA

Profesus Somaschæ 28 septembris 1608, moritur 1668.

Jacobus Antonius Valtorta, Mediolanensis, quem ipsius prudentiae alumnum putasses, saepissime Mediolani in collegio Sancti Petri Montisfortis praepositus fuit, illudque omni co-

HENRICUS BOSSIUS

Professus 24 decembris 1656, moritur 1713.

Henricus Bossius, Ticinensis, anno 1656 die 26 decembris in Congregatione tria emisit vota. In Academia Affidatorum, in qua pluries et italicis et latinis elucubrationibus suae virtutis et facundiae specimina dedit, adscriptus et cooptatus fuit. Morum probitatem, quam semper, dum vixit, fovit, scientiis adiunxit, et plurimam in Ordine existimationem comparavit, quapropter bis praepositus provincialis, nec non definitor et consultor electus est Lombardiae, in quibus muneribus omnium benevolentiam adeptus, morum suavitate et indolis dulcedine ad regularis disciplinae zelum vel obduratos perduxit. Collegii Sancti Maioli saepe praepositus et adolescentum amatissimus praeses, ad virtutes, ad pietatem, ad meliorum charismatum emulationem singulos praemiis et laudibus advocavit. Corporis sarcinam deposuit in patria 1713, aetatis suae 76. Evulgaverat aetate florenti Papiæ librum unum carminum italico metro, cui lemma: *Ferie in Rea*, in quo ingenii sui aciem, suamque felicitatem unicuique in poeticis exhibuit atque demonstravit.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 18-19; G MAZZUCHELLI, *Gli Scrittori d'Italia*, Brescia 1753, v. II, p. III, p.1850; A.STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 213-214.

MAURITIUS BERTONI

Professus Papiæ 24 junii 1655, moritur 1701.

Mauritius Bertoni, nobilis Taurinensis, professus anno 1655, sacrae theologiae lector et divini Verbi praeco egregius, et primum pluribus annis in collegio Clementino de urbe rethoricorum interpres, dum annum aetatis suae ageret 40, sub Innocentio XI Fossanensem ecclesiam regendam suscepit die 28 martii 1678, serenissimo Sabaudiae duce illud proponente. Edidit libellum, cui titulus: *Coronata Deipara* etc., Romae, 1666, in 4^o; item Taurini Orationem panegyricam in laudem divi Antonii de Padua sub titulo: *Gli elogi della carità*. Hughelli in *Italia Sacra*; Iustinianus *De scriptoribus Liguria*, tomo I, fol. 303 de eo mentionem faciunt. Obiit Fossani anno 1701, atque solemnibus pontificalibusque exequiis sua in cathedrali est tumulatus.

Bibliografia: M. GIUSTINIANI, *De scriptoribus Liguria*, Roma 1667, I, p. 303; F. UGHELLI, *Italia Sacra*, Venezia 1719, IV, c. 1084; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 78; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 12-13; G. MAZZUCHELLI, *Gli scrittori d'Italia*, II, 2, Brescia 1760, p. 1071; O. PALTRINIERI, *Elogio del nobile e pontificio Collegio Clementino di Roma*, Roma 1795, p. 62; C. CAPPELLETTI, *Le Chiese d'Italia*, t. XIV, Venezia 1858, p. 284; J. MEYRANENSIUS, *Pedemontium Sacrum*, Torino 1863, p. 891; P. PASERIO, *Notizie storiche della città di Fossano*, Torino 1866, III, p. 57,74; IV, p. 50; L. JADIN, *Bertone de Baldi Maurizio*, «Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclesiastiques», VIII, Parigi 1935, c. 1025-1026; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia Catholica medi et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Fossanensis*, p. 205; G. BELTRAMI, *Storia della diocesi di Fossano scritta dall'abate Caramelli*, Vaticano 1972.

natu auxit, nec ullum fere momentum praeterire passus, quominus ei prodesset, frequentissime ingeminans: superior praesit et prosit. Per varios dignitatum gradus in Congregatione evecus est ad supremum et fuit praepositus generalis anno 1648. Plenus dierum et meritorum obiit in patria aetatis suae 79 a partu Virginis 1668, die 19 novembris. Ex archivo Montefortiano Mediolani.

Bibliografia: G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 60; O. PALTRINIERI, *Elogio del nobile pontificio Collegio Clementino di Roma*, Roma 1795, p. 53.

ANGELUS CIOTTI

Professus Genuae 8 junii 1608, moritur 1662.

Angelus Ciotti Venetus, vir spectatissimae probitatis, annum agens 66, cum contagium Genuae debaccaretur anno 1657, inter caeteros Somaschae patres, qui strenue se in ea calamitate gesserunt, principem locum habuit. Is divinae charitatis zelo vehementer inflammatus, omnia pietatis opera erga lue sorditatos exercuit, alios fovebat humanissime, alios solabat vita exeuntes, alios admonitionibus sanctissimis ad temporum calamitates tolerandas animabat, in publica contagii afflictatione unus ipse ex sacerdotibus superstes, alios enim tabes vel fugaverat, vel extinserat, unus, inquam, omnibus praesto fuit, unus poenitentiae,

unus eucharistiae, unus exeuntium sacramentum ministravit, nemini defuit et omnium ordinum homines iuivit, ad Deum incitavit, ad Deum protraxit, nec animarum morbis tantum medebatur, corporum etiam necessitatibus inserviebat, assidebatque diurnis, nocturnisque horis insudans, ut quantum in se esset, regnum Dei amplificaret et morbos a corporibus depelleret, et animas agentes prae tabo ad celestem patriam, expleta peregrinatione, perduceret; quae evangelicae, christianaque charitatis officia et exempla virtutum illius odorem suavissimum divinis naribus adeo afflarunt, ut eum ex animo quidem Deum proximumque colentem Deus ipse incolumem et integrum in comuni malo servaverit, Vere mirabilis Deus in servis suis. Tandem cessante morbo et ad pristinam sanitatem Genua redeunte, obiit Genuae anno 1662, plenus meritorum et dierum non multo post, nec sine sanctitatis opinione. De tam egregio viro mentionem facit pater Anterius augustinianus excalceatus in suo opere, cui titulus: *Gli lazzaretti della città e riviera di Genova*, carte 542. Ita Cevaschi in *Syllabo virorum illustrium Congregationis Somaschae*.

Bibliografia: M. ANTERO, *Li Lazzaretti della Città e Riviera di Genova del 1656 e 57*, p. 134, 542; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 39; P. Angelo Cioti, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi nel IV centenario della Fondazione, 1528-1928», Roma 1928, p. 143; A. STOPPIGLIA, *La chiesa della Maddalena in Genova*, Genova 1929, p. 289-291; L. M. LEVATI, *Dogì Biennali di Genova*, II, Genova 1930, p. 167; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1934, III, p. 9-14; AM. TENTORIO, *I Padri Somaschi nella Parrocchia della Maddalena di Genova: La parrocchia nel sec. XVIII*, Genova 1976, p. 19; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 88-92.

PHILIPPUS SPINULA

Professus Genuae 8 aprilis 1652.

Philippus Spinula, ex patritio Genuensium ordine, doctrina et eruditione clarus, in civitate Neapolitana complures annos commoratus est, ibique nostrae iuventuti exterisque studiosis philosophiam tradidit; nuntio apostolico tunc temporis Iulio Spinulae archiepiscopo Laodicensi percarus, ipsi suam *Philosophiam rationalem*, typis editam Neapoli 1660 apud Alcairam dicavit. Ibi dem etiam eodemque anno apud eundem evulgavit opusculum, cui lemma *Philosophiae naturalis pars prima*. Etiam Romae fuit in collegio Clementino theologus et Sanctissimae Inquisitionis qualificator, quo tempore eius genitor Philippus, qui Mantuae pro serenissimo illo duce suam vicariam operam praestabat, egit cum episcopo illius civitatis tunc temporis ex ordine Minorum de Observantia, ut filio suo Philippo episcopales infulas cederet; cui morem gerens Mantuanus antistes et testimoniales de renuntiatione literas iam iam Romam expediens, nuncium accepit quod immatura morte praeventus Philippus cessionarius, sive renuntiatarius ultimum in collegio Clementino de urbe diem clausisset. Invida mors Ecclesiae praesulem, Congregationi nostrae celebrem virum surripuit, et dignissimum alias, qui Nestoreos annos aequaret. De eo meminit Soprano inter *Scriptores Ligusticos*.

Bibliografia: R. SOPRANIS, *Li scrittori della Liguria e particolarmente della marittima*, Genova 1667, p. 93-94; M. GIUSTINIANI, *Gli scrittori liguri descritti dall'abbate Michele Giustiniani*, Roma 1667, p. 220-221; A. OLDOINI, *Athenaeum ligusticum*, Perugia 1680, p. 475; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 71; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 139; G. SESTILI, *Il culto della filosofia*, in «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», Roma 1928, p. 199; P. D. Filippo Spinola, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi nel IV centenario della Fondazione, 1528-1598», Roma 1928, p. 211; A. CAPPELLINI, *Dizionario biografico di Genovesi illustri e notabili*, Genova 1941, p. 233; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 284; O. PALTRINIERI, *Religiosi Somaschi convittori del Collegio Clementino nei secoli XVII e XVIII*, *Filippo Spinola*, «Somascha», XX (1995), p. 107-108.

ANGELUS SPINULA

Professus Genuae 16 decembris 1650, moritur 1718.

Angelus Spinula, Genuensis, nuncupatis solemnibus votis die 26 decembris anni 1649, generis nobilitatem virtutum et meritorum excellentia adauxit, animi robur et mentis firmitatem in rebus asperis et quam spinosis ostendit; summam auctoritatem in Congregatione adeptus post varios casus, necnon post plurima constantiae suae experimenta, Albintemelienses infulas ab Innocentio XII oblatas recusavit, sed semel atque iterum supremo magistratu in Congregatione potitus est. Praepositus generalis igitur electus annis 1698 et 1707, largitatis suae copiam ubique fecit. Nonnulla in provincia Romana instauravit collegia; Novis in dioecesi Derthonensi collegium et ecclesiam Sancti Georgii, reipublicae Genuensis protectoris, prope funditus erexit, annuis redditibus ditavit, altaria marmoribus ornavit et praetiosa supellectile dotavit, sibi et suis ibidem de Congregatione sepulcrum posuit, in quo tandem octogesimum sextum annum explens tumulatus fuit anno 1718. Ex libris Actorum collegii Novarum.

Bibliografia: G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 89; A. STOPPIGLIA, *Il Collegio di S. Giorgio dei Padri Somaschi in Novi Ligure*, «Rivista della Congregazione di Somasca», VI (1930), p. 197; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador 1980, II, p. 137-140.

MARCUS ANTONIUS DE MARCHIS

Professus 8 septembris 1611 Vicentiae, obiit 1682.

Marcus Antonius de Marchis, Vicentinus, magni nominis vir ob rerum gestarum magnitudinem et virtutum insignia documenta. Zelo Eliae clarus, qua hortationibus, qua exemplis perfectioris vitae in unoquoque ratione ardebat, et vitia, si qua detegeret, aut pravas voluntates evellere satagebat. Moribus severissimis secum, humanissimis cum aliis agebat, fragilitatem excusatus et benigne perpressus, ita quod in errata exardescens et plane desaeviens, errantes tamen lenissime exciperet et suavissime obiurgaret. Collegium Vicentinum Sanctorum Philippi et Jacobi a fundamentis erexit et pluribus emolumentis adauxit. Ex libro Actorum dicti collegii.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 61-62; S. RUMOR, *Bibliografia storica della città e provincia di Vicenza*, Vicenza 1916, n. 2353, p. 221; n. 4292, p. 403; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 111.

PAULUS CARRARA

Professus Mediolani 31 maii 1612, obiit 1659.

Paulus Carrara, Venetus, Congregationis Somaschae et Doc-

trinae Christianae in Gallia praepositus generalis sub anno 1638. Item repetitis aliis vicibus eodem gradu insignitus, nempe 1650 et 1656. Ter felicem reddidit Congregationem, cuius publico bono profuisse dum viveret non contentus, etiam post mortem profuit, parta religioni nostrae divae Mariae Salutis basilica, intuitu enim suorum meritorum et industriarum ex senatus consulto nobis Venetiis concessa fuit. Helluo librorum fuit, necnon encyclopaedia literaturae, singularis prope vir, quo sapientiores pauci, felicior nemo. Edidit *Libros commentarios in Tobiam*, teste Crescentio libro 2 *Praesidii Romani*.

Bibliografia: G. P. CRESCENZI, *Presidio Romano*, Piacenza 1648, II; p. 36; D. CALVI, *Scena letteraria degli scrittori bergamaschi*, Bergamo 1664; D. CALVI, *Effemeride sacro profana di quanto di memorabile sia successo in Bergamo*, Milano 1676-1677; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 57-58; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 32; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 220-222.

ALOYSIUS MARCELLUS

Professus Romae 11 novembris 1613.

Aloysius Marcellus patritius Venetus, praepositus Sanctissimae Trinitatis Venetiarum, ab Urbano VIII ad ecclesiam Sibenicensem assumptus est anno 1635, quam per tredecim annos difficillimis reipublicae temporibus varia cum laude prudentiae gubernavit; tandem ab Innocentio X ad ecclesiam Polensem translatus est 1648. Romae

FRANCISCUS CAMILLUS DE MARI

Professus Genuae 11 novembris 1649, moritur 1671.

Franciscus Camillus De Mari, Genuensis, aequae genere ac ingenio clarus, illud maiorum exemplis praesertim patris, quem virtus ad Genuensis Reipublicae supremum gradum evehit, ad gloriam provocavit, hoc singularibus promeritis illustribusque virtutibus ornavit, ut sua magis quam aliena luce fulgeret. In Congregatione sacrae theologiae lector, necnon concionator insignis, quare, cum in concionando laudem clarissimam esset adeptus eiusque fama nomenque ubique resonaret, sub Alexandro VII Nebbiensem ecclesiam conscendit 23 iunii 1664, quam moriendo dimisit mense iulii anno 1671. Ughellus in *Italia Sacra*. Compendiosa hac epigraphe eius apud nos imago commendatur:

«Pater Dominus Camillus De Mari Genuensis,
exemplari religiosae disciplinae observantia
sacra eloquentia spectabilis,
pastor Nebbiensibus datus est,
oves Christi
pasturus verbo, rector exemplo,
utpote potens opere et sermone».

Bibliografia: F. UGHELLI, *Italia Sacra*, Venezia 1719, IV, c. 1014; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 70; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 62; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 206-213; A. CAPPELLINI, *Dizionario biografico di Genovesi illustri e notabili*, Genova 1941, p. 84; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Nebbiensis*, p. 255; A. GRISERI, *Florilegio somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 342-346.

JOANNES HIERONYMUS DE AURIA

Professus Genuae 1° augusti 1648, moritur 1703.

Joannes Hieronymus de Auria, in collegio Sanctae Mariae Magdalenae Genuae professus anno 1648, sacrae theologiae lector, necnon politiorum litterarum cultor fuit, aequae in liceis ac in suggestibus celebris, Romanae aulae percarus, pluries dexteritatem suam in rebus arduis agendis ostendit, cuius peritia, prudentia et fama permotus Clemens X ad Nebbiensem ecclesiam erexit anno 1671 16 novembris, aetatis suae 39, in qua ad 30 circiter annos probitatis et ecclesiasticae disciplinae documenta plurima dedit. Laboribus functus eam libere resignavit et in patriam suam, Genuam scilicet, reversus post aliquot annos, sanctissime vixit mense decembris 1703 sepultusque est in divae Mariae Magdalenae Congregationis nostrae templo. Ughelli in *Italia Sacra*.

Bibliografia: F. UGHELLI, *Italia Sacra*, Venezia 1719, IV, c. 1014; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 75; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 7-8; A. CAPPELLINI, *Dizionario biografico di Genovesi illustri e notabili*, Genova 1941, p. 95; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Nebiensis*, p. 283.

defunctus est die 17 iulii 1661, humatus in ecclesia Sanctae Mariae sub marmoreo lapide, ubi haec prostat inscriptio:

«D.O.M.

Aloysio Marcello patritio Veneto e Congregatione Somascha ad episcopatum Sibenicensem, deinde Polensem assumpto, viro fidei propagandae ardore, innocentia et fortitudine animi praeclarissimo, qui anno 1647 in Sibenicensi obsidione pastoris partes ac ducis pie simul et fortiter explevit, Romae dum sacra limina veneraretur extinto, anno salutis 1661, aetatis vero 65. Franciscus Bartiroma Vicentinus, archidiaconus Polensis eiusque vicarius generalis, maestissimus posuit». De tam egregio praesule luculenter Morer. in suo *Dictionario Historico*; Ughelli, *Italia Sacra*; *Somasca graduata*, pag. 48.

Bibliografia: F. UGHELLI, *Italia Sacra*, Venezia 1719, V, c. 484; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1743, p. 95; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1744, p. 48-49; D. FARLATI, *Illiricum Sacrum*, III, Venezia 1765, *Aloysius episcopus Sibenicensis XXII*, p. 496-498; ———, *Fatti e aneddoti. Esempi di zelo apostolico*, «Rivista della Congregazione di Somasca», II (1925), p. 72; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Sebenicensis*, p. 314; *Polensis*, p. 283; M. JACOV, *I documenti dell'Archivio Segreto Vaticano dal XVI al XVIII secolo*, Belgrado 1983, n. 40, 43.

FRANCISCUS TONTOLUS

Professus Neapoli 29 septembris 1614, moritur 1663.

Franciscus Tontolus, Sipontinus, in Congregatione procurator generalis, in curia Romana Sancti Officii universalis inquisitionis

de urbe qualificator, theologus iudicisque Sacrae Congregationis consultor, ab Urbano VIII Ischiaepiscopus adlectus est die 15 ianuarii 1638. Confirmavit synodum sui praedecessoris, multasque illi novas addidit constitutiones; onus tandem ecclesiae dimisit anno 1663, postquam illam viginti quinque prope annos rexisset, et in suburbio olimpiaco Neapoli apoplexia correptus fato cessit sepultusque fuit, expletis de more solemnibus funeribus, in divi Demetrii nostrae Congregationis. Ughelli in *Italia Sacra*.

Bibliografia: N. TOPPI, *Biblioteca Napolitana et apparato a gli uomini illustri in lettere di Napoli e del regno*, Napoli 1678, p. 96; F. UGHELLI, *Italia Sacra*, Venezia, VI, c. 236-237; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 51; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 149; O. PALTRINIERI, *Elogio del nobile e pontificio Collegio Clementino di Roma*, Roma 1795, p. LIII; G. D'ASCIA, *Storia dell'isola d'Ischia*, Napoli 1867, p. 280-282; G. CAPPELLETTI, *Le Chiese d'Italia*, Venezia 1868, XIX, p. 549-559; O. BONOCORE, *La diocesi d'Ischia dall'origine ad oggi*, Napoli 1947; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Isclana*, p. 211; O. PALTRINIERI, *Religiosi Somaschi convittori del Collegio Clementino nei secoli XVII e XVIII*, *Francesco Tontoli*, «Somascha», XX (1995), p. 91-92.

GEORGIUS ROTINI

Professus Mediolani 26 octobris 1614.

Georgius Rotini, Venetus, initio praeteriti saeculi vota publica Congregationis emisit, spatia scientiarum cum laude ingenii

to habitas, Ferrariae 1691; item edidit vernaculo sermone Opus supra fidem commendatum ob eius eximiam elegantiam dicendique venustatem, cui titulus: *Memorie storiche sopra la vita del cardinal Morosini, vescovo di Brescia*, Venetiis 1676, in 4°; Nazarius nel *Giornale dei Letterati* li 30 agosto 1676 huius operis mentionem facit et explicationem apponit. Item typis Venetiis recusas anno 1677 evulgavit *Constitutiones Clericorum Regularium de Somascha, addita appendice decretorum Sedis Apostolicae, quae superioribus annis non modicum ex peculiaribus ordinationibus Alexandri VII politiam nostram immutarunt*.

Bibliografia: G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 75-76; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 49-50; D. FARLATI, *Illiricum Sacrum*, III, Venezia 1765, *Stephanus Cosmus Archiep. Spalatensis LXXII*, p. 514-532; O. PALTRINIERI, *Stefano Cosmi Veneziano, arcivescovo di Spalato*, «Notizie intorno alla vita di quattro arcivescovi di Spalato», Roma 1829, p. 9-72; S. GLIUBICH, *Dizionario biografico degli uomini illustri della Dalmazia*, Vienna-Zara 1856, p. 90-91; P. MAUGER, *La Chiesa di Spalato un di Salonitana*, Spalato 1873, p. 30; G. ALCAINI, *Introduzione alla storia della Congregazione Somasca*, «Bollettino della Congregazione di Somasca», I (1915), n. 3, p. 24; —, *Esempio edificante*, «Rivista della Congregazione di Somasca», II (1925), p. 14; P. Stefano Cosmi, «L'ordine dei Chierici Regolari Somaschi», Roma 1928, p. 215-217; G. SESTILI, *Il culto della filosofia*, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», Roma 1928, p. 197; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei padri Somaschi*, Genova 1934, III, p. 87-102; A. BACOTICH, *Del volume «La critica prefazione della poesia italiana della Dalmazia» dell'abate Giorgio Tomicich Dalmatino*, «Arch. Storico per la Dalmazia», XXVI (1939), p. 122-131; F. BANFI, *L'istituzione della Biblioteca Pastrizia di Spalato. Rapporto epistolario tra Stefano Cosmi e Giovanni Pastrizio*, «Arch. Storico per la Dalmazia», Roma 14 (1939), v. 28, p. 259-383; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Spalatensis*, p. 361; M. TENTORIO, *Pagina Mariana*, «Rivista dell'Ordine dei Padri Somaschi», XXXIII (1958), p. 33-38; G. NOVAK, *Projest Splita*, Spalato 1961, p. 322, 331-333, 387-388; M. TENTORIO, *Circa un'opera perduta di mons. Stefano Cosmi crs: «La Chiesa cattolica e l'interesse di stato»*, «Rivista dell'Ordine dei Padri Somaschi», XXXVIII (1963), p. 150-163; XXXIX (1964), p. 46-49; J. BURIC, *Libri croati pubblicati a cura della S. C. di Propaganda Fide*, Friburgo 1973, p. 836-837; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 314-321; M. JACOV, *I documenti dell'Archivio Segreto Vaticano dal XVI al XVIII secolo*, Belgrado 1983, n. 84, 88, 97, 99, 101, 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 116, 117, 121, 123, 125, 127, 137, 152; ST. KOVACIC, *Stefano Cosmi, l'arcivescovo di Spalato contemporaneo e amico di Giovanni Pastrizio*, «Somascha», XVII (1992), p. 1-9.

STEPHANUS COSMI

Professus Venetiis 3 martii 1647.

Stephanus Cosmi, Venetus, vir mente aequae ac moribus praestans, facilis in benignitate, dexter in arduitatibus, in summis expeditus, omnibus virtutibus ornatus. Cum Praepositi generalis sub anno 1674 munere perfungeret, sanctum ipsi intemperatumque semper consilium fuit, omnem vitae particulam in universae Congregationis nostrae commoda impendere. Serenissima Venetorum res publica in eo uno, publici oratoris munus obeunte, germanam eloquentiae ideam admirata est et maximam consilii maturitatem cum integritate coniunctam suscepit, dum bullae Clementinae conservatoris gradu necnon librorum censoris titulo inauguratus est; quae certe ipsi nedum dignitate, quam meritis convenire didicit experimento. Innocentius XI, ut praeclarissimus vir omnium virtutum radiis coruscans toti orbi et non uni tantum reipublicae innotesceret, ad archiepiscopatum Spalatensem anno 1678, aetatis suae 48, evexit, in qua archiepiscopali sublimitate mirabiliter eius mens, sapientia, prudentia eluxit, ibique maximo conatu, industria et improbo labore ad formam Tridentinam clericorum seminarium fundavit, erexit, sanctissimisque legibus informavit. Verum cum maiora et perspicaciora in dies in ecclesiam merita crescerent, piissimus cardinalis Leander Colloredus papam ursit, ut eum romana purpura condecoraret; sed nimium utilis et necessarius in Dalmatiae partibus Innocentio XII visus et comprobatus est. Sex ideo et paulo secus lustra rectus Spalatensem ecclesiam, fato rapitur septimum supra septuagesimum circiter aetatis suae annum agens, reliquitque insignia ingenii sui monumenta, videlicet: *Physicam universalem* in 8 libros distinctam, in qua de rerum natura generatim nova methodo disputatur, Venetiis 1659; *Hermathena, sive orationes funebres coram serenissimo Senatu Vene-*

emensus ad eloquentiae et poeseos studium usumque se contulit, nihilque in eo fuit desiderandum, quod ad optimum formandum constituendumque oratorem spectaret. In *Museo Historico Imperiali* leguntur, cusae Venetiis anno 1640, quamplurimae eius pindaricae elucubrationes sive epigrammata: in laudem Urbani VIII, Jacobi Sadoleti cardinalis, Philippi Comminer Argentoni domini, Pierii Valeriani, Andreae Alciati, Cornelii Mussi episcopi Bituntini, Francisci Guicciardini, Justi Lipsii, Joannis Baptistae Porta, Marci Antonii Maioraggii, Jacobi Mazzonti, Jacobi Critonii, Ullis Aldovrandi, Petri Matthaei. Item nonnulla *Epigrammata in honorem reverendi patris Josephi Ricii*, dum Genuensium laeas pro serenissima republica intexeret, anno 1643, Salodii apud Antonium Cominciol.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium Historicum*, Vercelli 1744, p. 124.

FRANCISCUS FRANCHETTI

Professus Romae 14 ianuarii 1616, moritur paulo post.

Franciscus Franchetti, nobilis Bergomas, a collegio Clementino, ubi initio XVII saeculi moribus et litteris quam diligentissime fuerat institutus, ad Congregationem Somaschensem divinitus vocatus est, cum alias ad excalceatorum de Monte Carmelo et Capucinorum ordines et instituta inclinaret. Sub patre Francisco Po-

copani, eius in spiritualibus magistro, viro sane omnium virtutum excitamentis ornatissimo, adeo profecit, ut quam citissime ab eo perfectionis spiritum hauserit. Inter caeteras eius virtutes admirabilis fuit illa intemeratae virginitatis dos et praerogativa, quam ne quidem ulla cogitatione minus honesta, aut ullo umquam phantasmate labefactavit, ut non nemo vel ab incunabulis eius lumbos fuisse constrictus, potuerit suspicari, praesertim quia, cum pluribus et pluribus eum aggressus fuerit malus daemon tentationibus, nunquam tamen eius menti et sensibus ullam vel levem impuritatis motiumculam ingesserit, eo forte consilio vel quia in hoc vitiorum genere sanctissimus adolescens nullis subesset legibus concupiscentiae, quod de divo Bonaventura autumavit eleganter Alexander de Ales, vel quia Deus eum ex gratiae beneficio impeccabilem fortassis, ex quo tam studiose eius auxiliis manum apposerat, reddidisset. Adeo peccata horrebat, ut si Deum offendi videret vel verbis, vel factis, in peccantes apostolico ardore modo insurgeret et sancte inverecundus irrueret, modo eos proemiis, promissis et precibus a culparum coeno retraheret. Obedientiae, modestiae, paupertatis speculum fuit et exemplar, eiusque vitae ratio norma pietatis et disciplina virtutum. Obiit Romae. Tractat de eius gestis et meritis Stanislaus Santinelli in eiusdem vita, quam scripsit et evulgavit anno 1727.

Bibliografia: St. SANTINELLI, *Vita del Servo di Dio Francesco Franchetti novizio della Congregazione dei Chierici Regolari di Somasca*, Roma 1727, XII, 119p.; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 74; O. PALTRINIERI, *Elogio del nobile e pontificio Collegio Clementino di Roma*, Roma 1795, p. CXIII; *Il Servo di Dio Francesco Franchetti novizio Somasco morto in concetto di santità*, «Il Santuario di S. Girolamo Emiliani, Somasca», VII (1921), 77, p. 1-2; G. LANDINI, *Servo di Dio Francesco Franchetti*, «Piccolo contributo di vari scritti critico-storico-letterari e un discorso per la vita di S. Girolamo Miani», Como 1928, p. 93-95; *Il Servo di Dio Francesco Franchetti*, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», Roma 1928, p. 133-135; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 27²-27⁵; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1976, I, p. 118-119; O. PALTRINIERI, *Alumni del Collegio Clementino in fama di santità, Francesco Franchetti*, «Somascha», XX (1995), p. 74-76.

republicam Genuensem eius civitate donatus est, intus et foris pietate, exemplo, prudentia, doctrina singulariter excelluit. Factus omnia in omnibus, praecipue in audiendis tum monialium, tum saecularium confessionibus, fuit summa charitate assiduus. Genuae apud omnes, et praesertim apud primi ordinis proceres, magna in veneratione est habitus ex eius morum probitate et suavitate. Pluribus in nostra Congregatione dignitatibus ornatus atque muneribus, Genuensis collegii, cui ex affectu pater praepositum egit, mox provinciae Romanae praesidem et visitatorem, subinde totius Ordinis nostri unanimi comitiorum consensu praepositus generalis inauguratur. Laboribus fessus, defessus viribus, operarius dignus mercede sua inter religiosorum coetum et lacrymas eadem nocte cupiens dissolvi et esse cum Christo, sponte petitis sacramentis et insigni pietatis affectu susceptis, septuagenarius animam creatori, quem ore, corde et animo ferebat, reddidit Genuae 19 maii 1697. Eius corpus, in capsula inclusum, in tumulo nostrorum reconditum fuit. Ex libro Actorum collegii, pag. 27.

Bibliografia: G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 84; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 128-129; A. STOPPIGLIA, *La Chiesa della Maddalena in Genova*, Genova 1930, p. 252-253; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1934, III, p. 226-233; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 106-109.

PAULUS GREGORIUS DE FERRARIIS

Professus Salodii 4 novembris 1644, obiit 1680.

Paulus Gregorius De Ferrariis, Venetus, in ferreo cognomine aureus plane vir, praecipuis Congregationis Somaschae honoribus cohonestatus, maiores meritis, provincialis, procuratoris, ac vicarii generalis titulos illustravit. Orator et vates celeberrimus, sophus itidem et theologus in cathedris nostris Venetiarum floruit commendatissimus. Plures sparsim circumferuntur eius stylo metrico *Lucubrationes*, suppresso tamen nomine, item Philosophicas assertiones, seu *Philosophia contracta* edidit Venetiis, 1651; item opus in 4°, *La vita del venerabile padre Girolamo Miani*, ibidem.

Bibliografia: A. OLDOINI, *Athenaeum Ligusticum*, Perugia 1680, p. 454; S. MAGRI, *Elogio funebre nella Chiesa di Santa Maria della Salute*, Venezia 1680; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 58; A. STOPPIGLIA, *P. Paolo Gregorio de Ferrariis*, «Bibliografia di S. Girolamo Emiliani», Genova 1917, p. 41-43; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 228-231.

FRANCISCUS SANCTINIUS

Professus Romae 30 novembris 1645, mortuus Ianuae 1697.

Franciscus Sanctinius, patritius Lucensis, ob merita tamen in

PETRUS PAZMANI

Pragae professus ottobre 1616 ex indulto Pauli V admissus Romae sub die 27 aprilis.

Petrus Pazmani, Hungarus natione, patria Varadiensis, prius Societatis Jesu alumnus, postea inter Somaschensis Congregationis nostrae sacerdotes solemnibus emissis votis de licentia Pauli V adscriptus, ad archiepiscopatum Strigoniensem et Hungariae primatum Matthia augusto imperatore evehitur, ut per Hungarum orthodoxae religioni labanti operis pietatisque manum et humeros supponeret; quod adeo fructu copioso perfecit, ut Ferdinando II orante, fuerit ob spectatissimam eius virtutem ab Urbano VIII romana purpura decoratus anno 1629, die 19 novembris. Obiit 19 martii 1637. Edidit *Diatribam theologiam de visibili Christi in terris Ecclesia*, Graecii Styriae 1605, in 4°; *Vindicias ecclesiasticas*, Viennae 1620, in 4°; *Conciones in Evangelia omnium dominicarum et aliquot festorum per annum*, Possonii 1636, in fol.; et alia apud Ribadeneiram in *Bibliotheca Societatis Jesu*. De eo memorat Crescentius libro 2 *Praesidii Romani*, narrat. I, n. 24 et narrat. 2, n. 24, ubi transitum Petri Pazmani a Jesuitis ad Somascos refert, praeter Autographa asservata in nostro tabulario Romano.

Bibliografia: M. ORY S. J.-P. SZABO S. J., *Pázmány Péter*, I, p. 11-107; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 45; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 112-113; G. C. CORDARA, *Historia Societatis Jesu*, Roma 1750, P. VI, v. I, p. 28; J. H. SCHWICKER, *Péter Pázmány und seine Zeit*, Colonia 1888; V. FRANKL, *Pázmány Péter és kora*, 3 vol., Budapest 1868-1872; KOVÁKS, *Pazmany Kalanza es Bellarmin Disputatio*, Kassa 1908; P. CAMPERI, *I Cardinali Somaschi: Pietro Pazman*, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», Roma 1928, p. 229-234; E. LANYI s. j., *Pázmány Péter feilodése*, Egyház Lapok 58 (1935), p. 339-343; 59 (1936), p. 5-8, 55-57; A. PETRUCH s. j., *Egyáz Lapok* 59 (1936), p. 82-85; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 180-187; T. KORNIS, *Le cardinal Pázmány (1570-1637)*, Parigi 1937, 71p.; B. IVANY, *Pázmán Peter kilépése a Jézus Tarsa Sagabol*, Kormend 1934; N. ORY, *Doctrina Petri Cardinalis Pazmany de notis Ecclesiae*, Gherii 1952; ———, *Il cardinale Pietro Pazmany*, «Civiltà Cattolica, n. 2100», p. 506-517; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi*, V, Padova 1952,

Strigoniensis, p. 322; *cardinales sub Urbano VIII*, p. 28; L. POLGAR s. j., *Bibliographia de Historia Societatis Jesu in regnis olim Corona Hungarica unitis (1560-1773)*, Roma 1957, p. 131-153; An., *Un insigne baluarte del catolicismo húngaro que vistió la divisa de San Jerónimo Emiliani*, «El Taumaturgo», junio de 1958, p. 9-11; E. HERMANN, *A. katolikus eghyáz története Magyarországon*, 1914 ig, Monaco 1973, p. 237-250; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1976, I, p. 164-171; L. LUKACS s. j., *Catalogi personarum et officiorum Provincia Austriae s. j.*, 2 v., «Monumenta Historica Societatis Jesu, 117, 125», Roma 1978-1982; O. CAIMOTTO, *Note sul cardinale somasco Pietro Pazmany*, «Vita Somasca», 1978, p. 48-51; N. ORY s. j., *Pázmány Péter, Válogatás muveiból*, Budapest 1983; L. LASZLO-F. SZABO s. j., *Autour de la nomination de Péter Pázmány au siège primatial d'Esztergom (1614-1616)*, «Archivum Historicum Societatis Jesu, LIV (1985), p. 77-146; L. LASZLO-S. FERENC s. j., *Pázmány Péter emlékezete*, Roma 1987, p. 197-267.

BARTHOLOMAEUS CERCHIARIUS

Professus Salodii 24 iunii 1616, obiit 1679.

Bartholomaeus Cerchiarus, Vicentinus, probatae integraeque vitae coruscantibus splendoribus decorus, variis in locis primum non infimae notae concionator, deinde indefesso in confessionibus excipiendis labore celebris, plura Congregationis rexit collegia, quae prudentiae, probitatis, disciplinaeque regularis praestantissimis documentis honestavit. Ex infirmitate oculorum prorsus intuitu orbatus, mox petrae, cuius pondus decem unciarum fuerat, molestiis vexatus cum urinarum suppressione, huius mali horrendos cruciatus viginti et ultra menses patientissime sustinuit ad mortem; nec unquam auditus per id tempus de acerbissimo morbo conqueri, sed iustam de peccatis suis vindictam fassus, divinam unice opem et ve-

berrimus vere gigas ad currendam viam apostolicae praedicationis opulentiores et illustriores Italiae civitates circumvit evangelizando, ubique postulatus, ubique celebris. Dum esset adhuc iuvenis in gymnasio Veronae, cum nondum Societas Jesu ibidem collegium haberet, rethoricam tradidit, ubi ortum habuit, Academiae Faticosorum in divi Antonii ecclesia erectae unus ex fundatoribus fuit, cui deinde praefuit et censor et caput. Alexandriae a Palea consultor Sancti Officii, nec non Sancti Syri praepositus, Veronae librorum revisor, Vercellis et Ripaltae in domibus praefectus, seu rector, vocalis tandem comitorum generalium, obiit in patria anno 1691, cuius extant vernaculo sermone edita: *Panegirici*, tom. 1°, Mediolani 1689; *Gli aborti di Clio, centurie di sonetti in varii argomenti*, tom. 2; aliud item opus praelo adornatum sub titulo: *L'ingegno meledico, in cui discorre che i belli ingegni sogliono detestare le cose altrui*.

De hoc eximio oratore mentionem facit Picinellus in *Athae-neo Mediolanensi* et in eius scripsit sequens epigrammas (quod insertum Orationum volumini legitur) d... Ma... Gregorius Spada:

«Nobilis occulta componitur arte lapillus,
qui nitido impuras sole colorat opes.
At divinus amor, chymico praestantior omni,
sanctam coelesti perficit igne Petram,
impuras vitii animas et ferrea corda
expolit aethereis fulgida facta focis,
aureus eloquio, doctrina et moribus hic est,
nil mirum, cunctis aurea secla feret».
Quod ex puro anagrammate confirmatur:
Carolus a Petrasanta
aurata secla portans.

Bibliografia: F. PICINELLI, *Elenco dei letterati Milanesi*, Milano 1670, p. 125-126; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 113; F. ARGELATI, *Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium*, Milano 1745, c. 1065-1066, 2014; M. TENTORIO, *Il Collegio di S. Bartolomeo di Merate dei PP. Somaschi*, Genova 1976, p. 22.

ANTONIUS BALDO

Professus Papiæ 17 ianuarii 1638.

Antonius Baldo, Venetus, Congregationis eximius theologus et singularis eruditionis, episcopus Clusiensis, sive Clodiensis, a Clemente IX renunciatur 15 iulii 1669. Cathedrale templum solemniter consecravit, populum fovit pavitque frequentius divini Verbi divulgatione de sublimi suggestu, nobili atque invidioso opere extracto; antequam ad has infulas eveheretur, agebat praepositum Patavii in collegio nostro Sanctae Crucis. Excessit ab his humanis die 8 octobris 1679 et sepelitur in sua cathedrali prope altare Beatae Virginis ad aethera assumptae. Hugellus, tomo 5, c. 10357.

Bibliografia: F. UGHELLI, *Italia Sacra*, Venezia V, c. 1357; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 73-74; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 8-9; C. CAPPELLETTI, *Le Chiese d'Italia*, Venezia 1858, t. X, p. 395; P. PASCHINI, *Baldi Gian Antonio*, «Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclesiastiques», VI, Parigi 1932, c. 336; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi*, II, Padova 1952, *Clodiensis*, p. 161.

CAROLUS PETRASANTA

Professus Mediolani 13 maii 1640, obiit 1691.

Carolus Petrasanta, Verbi dei concionator ad prodigium cele-

niam implorabat. Imminentis mortis appulsu imperterritus, quo vicinior exitus, ei celestis patriae desiderium intensius de Deo, de Virgine, de Superis et virtutibus proficuos sermones miscebat, circumstantesque alloquebatur, ut iam tum lumine gloriae irradiatum quis forte putasset. Repetitis itaque quae moris sunt sacramentis, extremaque unctione roboratus ad luctam, serenissimo semper vultu Jesus et Mariae sanctissima nomina ingeminans, ad amoena paradisi viridaria migravit inter psallentium et lacrymantium collegii patrum coetum, quorum preces et suspiria sociabat, aetatis suae 79, Vicentiae, die 2 ianuarii 1679. Ita ex Actis, pag. 217.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 36-37; ANGIOLGABRIELLO DI SANTA MARIA, *Biblioteca e storia di quegli scrittori così della città come del territorio di Vicenza*, Vicenza 1782, VI, p. 112; P. Bartolomeo Cerchiari, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi nel IV centenario della Fondazione, 1528-1928», Roma 1928, p. 145; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 16-17; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 92-94.

JOANNES DE LANCIANO

Joannes Scrocius de Lanciano professus Romae 22 novembris 1616.

Joannes de Lanciano, Neapolitanus, in saeculo jure utroque clarissimus, in Congregatione vero Somaschae theologus scitissimus et sapientissimus, ob eius egregiam pietatem et spirituum di-

scretionem venerabilis Mariae Victoriae Stratae celestium monialium, vulgo *le Turchine*, fundatrici a confessionibus datus est. Illius corollam, quam in laudem Virginis Mariae usurpabat, completo confessarii munere, secum Neapolim, mox Casertam collegii Sanctae Mariae de Monte praepositus asportavit; hic cum eadem cuidam poenitenti pluribus morbis affectae applicasset, ex eius contactu statim in integrum coram ipso aegrotata convaluit. Nedum Casertae, sed alibi fuit praeposituris decoratus et ubique probitatem suam atque eruditionem probavit. Emulgavit *Animadversiones theologicas in gesta et vitam Venerabilis Mariae Laurentiae Longae capuccinarum institutricis*, quam conscripsit latinis metricisque literis Laurentius Longus c. r. s., quam in italicas traduxit Fridericus Malpieri itidem c. r. s., teste Crescentio, libro 2 Praesidii Romani, n. 24, ubi de eo meminit.

Bibliografia: G. P. CRESCENZI ROMANI, *Presidio Romano*, Piacenza 1648, II, p. 36; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 59.

PETRUS FRANCISCUS MOIA

Professus 10 septembris 1617.

Petrus Franciscus Moia, Mediolanensis, praestantissimus concionator, morum dicendique suavitate spectabilis, Comi Sancti Officii consultor visitorisque munere nemini de Congregatio-

ditissimum; item p. 2, art. 6, inquit: «Dominus Stephanus Spinula Savonensis episcopus, ex Congregatione de Somascha virorum illustrium matre et altrice assumptus, doctissimum librum in moralibus edidit, quem libenter et utiliter legi». Ex Bibliotheca Aprosiana habemus nonnulla concinnasse epigrammata latina et italica, queis vacabat, dum in aetate duodecim annorum severissimis philosophiae studiis distentus, sibi quid levaminis, deposita ut ita dicam gravissimi philosophi persona, procurabat. Harum locubrationum nonnullae leguntur apud Minnerium in eius opusculo: *Libidini dell'ingegno*. Cinell. in Bibliotheca volan. eius elogium compendiose legitur: «Pater Dominus Stephanus Spinula Genuensis, quo mentis et doctrinae lumine fulgeret, opera Sedi Apostolicae praestita, operibus in lucem datis probavit. Hinc merito praesul ecclesiae Savonensi, hoc est lucerna candelabro imponitur».

Bibliografia: R. SOPRANI, *Li scrittori della Liguria e particolarmente della marittima*, Genova 1667, p. 263; A. OLDOINI, *Athenaeum Ligusticum*, Perugia 1680, p. 508; F. UGHELLI, *Italia sacra*, Venezia 1719, IV, c. 744; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 69-70; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 140-141; G. SEMERIA, *Secoli cristiani della Liguria*, Torino 1843, II, p. 242; G. SESTILI, *Il culto della filosofia*, in «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», Roma 1928, p. 198; A. STOPPIGLIA, *A Proposito del Terzo Centenario del Collegio Urbano «de Propaganda Fide»*, «Rivista della Congregazione di Somasca», VII (1927), p. 155; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 84-86; A. CAPPELLINI, *Dizionario biografico di Genovesi illustri e notabili*, Genova 1941, p. 238; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Saonensis*, p. 305; S. DE NARDO, *Sinodi Diocesani Italiani. Catalogo bibliografico degli atti a stampa, 1534-1878*, «Studi e testi, 207», Roma 1960, p. 256; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 291-293.

STEPHANUS SPINULA

Professus Genuae 13 decembris 1637, moritur 1682.

Stephanus Spinula, patritius Genuensis, in Congregatione philosophiae et theologiae lector omni commendatione dignissimus, in Romana Sancta universali Inquisitione qualifactor, Sacrae Indicis Congregationis, necnon aliarum consultor meritissimus. In urbano collegio de Propaganda Fide generalis studiorum praefectus, itidem Genuae in universitate Grimalda philosophiae moralis professor, Romae Sancti Blasii in Monte Citorio praepositus, cum demum cardinalem Flavium Chisium in gallica legatione theologus esset secutus, Romam redux, infula Savonensi anno 1664 die 15 decembris ab Alexandro VII est decoratus, qui Sanctissimus Pontifex ad eum toties suis muneribus inaurandum nullius se motum precibus fassus est. Immo cardinalis Flavius, dum votum redderet, quo ipsi post episcopale examen approbaret, haec verba protulit: Curiam Romanam ob eius absentiam detrimentum passuram. Ecclesiam sibi creditam laudabiliter rexit ad finem anni 1682, quo excessit e vivis. Sequentia exhibent opera quanto ingenio, mente, sapientiaque polluerit: *De prudenti et libera agibilium electione in moralibus*, tom. 1, Genuae 1648, apud Calenzanum in fol.; *Novissima philosophia summulas, logicam et libros physicorum complectens*, ibidem 1651, in fol. tom. 1; *Commentaria in libros metaphysicorum Aristotelis*, ibidem 1650, in fol.; *Praelectio habita pro solemni phylosophiae moralis auspicio explicanda in universitate Grimalda*, ibidem 1650, in 4; *Theologia scholastica*, tom. 1, in fol., Papiiae, apud Mapium, 1681. Verum nemini secundum celebrant Oldoinus in *Athenaeo Ligustico*, Justinianus et Soprani in *Syllabis* suis, et praecipue Caramuel, qui in *Prodromus ad suam dialexim de non certitudine* tab. 3, n. 69 et 55 Stephanum virum vocat doctissimum et eru-

ne secundus, cum Romae sacrae theologiae lector esset, gentilitiae aquilae intuitum imitatus, grave ipsi non fuit in divinis studiis veritatis indagare et reconditam in penetralibus theologicis adire sapientiam; quare non minus in tota urbe totius mundi magistra, eius allecta virtutibus et illaqueata doctrinis, Petrum Franciscum arcuato supercilio suspexerit et Alexander VII vere optimus maximus pontifex eius eloquentiae sapientiaeque mecenatem dederit. Cardinalis Petrus Maironus ad Eserniensem ecclesiam fuisset translatus ab infulis Thelesinis, Moia subrogatur anno 1659 et ecclesiae Thelesinae, praedicto pontifice sanctissimo mandante, gradu episcopali inauguratus sedem conscendit; quam cum egregie laudabiliterque rexisset quindecim circiter annos, labente anno 1675 migravit e vita. De eo mentionem facit Ughellus in *Italia Sacra*.

Bibliografia: F. UGHELLI, *Italia Sacra*, Venezia 1722, VIII, c. 367; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 66; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 102-103; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Thelesina*, p. 333.

AUGUSTINUS UBALDINUS

Professus Romae 18 februarii 1618, mortuus domi suae 1677.

Augustinus Ubaldinus, natione Forentinus, patria Senensis, generis nobilitate et literarum eruditione spectatissimus; in philo-

sophicis et theologicis diatribis de urbe Congregationis nostrae gloria et ornamentum fuit. Celeberrimum virum Romae pleno ore sacri proceres necnon eximii cuiusque ordinis professores laudabant, et in communem usum, adhibita etiam Romani Pontificis auctoritate, consulebant. In collegio Clementino de urbe plurimos annos sacram doctrinam tam subtiliter, tam docte, tamque sapienter tradidit, ut ob suam intelligentiam mentisque subtilitatem cuique admirationi esset. Archiepiscopus Avenionensis ab Innocentio X electus, ex invidia mortis Ecclesiae rapitur summo omnium luctu et Congregationis nostrae non impari detrimento. De eo meminit Crescentius in lib. 2 *Praesidii Romani*, n. 24.

Bibliografia: G. B. UBALDINI, *Istoria della casa de gli Ubaldini*, Firenze 1588; G. VEZZANI, *Epistulae selectae*, Bologna 1626; G. B. ALBERTI, *Discorso dell'origine delle Accademie pubbliche e private e sopra l'impresa degli Affidati di Pavia*, Genova 1639; G. P. CRESCENZI ROMANI, *Presidio Romano ovvero della milizia ecclesiastica et delle religioni ai cavallereschi, come claustrali*, Piacenza 1648, II, p. 36; V. ARMANNI, *Dalle lettere del signor Vincenzo Armanni*, Roma 1663-1674; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 60-61; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 156-158; H. TOSETTI, *Compendio storico della vita di S. Giuseppe Calasanzio*, Roma 1767, I, 4, c. 3; O. PALTRINIERI, *Elogio del nobile e pontificio Collegio Clementino di Roma*, Roma 1795, p. LXXI-LXXII; C. BAU, *Biografia critica de S. Josè de Calasanz*, Madrid 1949, p. 958-969; CI. VILÀ PALÀ, *Agustin Ubaldini, visitador apostolico de las Escuelas Pias*, «Archivum Scholarum Piarum», III (1978), p. 31-70; G. SANTHA-CL. VILÀ PALÀ, *Epistolarium coetaneorum S. Josephi Calasanzii (1600-1648)*, «Monumenta Historica Scholarum Piarum», V, Roma 1978, p. 2608-2610; M. TENTORIO, *P. Agostino Ubaldini*, «Archivum Scholarum Piarum», II (1977), p. 181-192; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 7-13, 206-211, 283; CI. VILÀ PALÀ, *Mario Sozzi ultimo quadriennio de su vida (1639-1643)*, «Archivum Scholarum Piarum», XV (1991), p. 11 ss.; O. PALTRINIERI, *Religiosi Somaschi convittori del Collegio Clementino nei secoli XVI e XVII, Agostino Ubaldini*, «Somascha», XX (1995), p. 92-95;

PAULUS MARIA SPINULA

Professus Genuae 21 ianuarii 1636, moritur 1658.

Paulus Maria Spinula, ex patritiis Genuensibus, in Congregatione anno 1636 proficitur. Concionator egregius, sacrae doctrinae professor et sacrorum canonum cultor, eminentissimi cardinalis Donghi theologus, eum morum ingenuitate, scientiarum praestantia et in perarduis negotiis dexteritate Hispana non modo aula admirata remunerata est, verum et Romana suspexit. Ab Alexandro VII Sagonae in Corsica episcopus adligitur et inauguratur mense decembris anno 1657. Sedit tantum menses octo et Genuae mortalitatem explevit 1658 mense augusto. Cuius ad iconem sequens inscriptio legitur:

«Pater dominus Paulus Maria Spinula Genuensis,
morum candore verius quam oris angelus,
maturitate supra aetatem, innocentia supra fidem praeditus,
Sagonensis ecclesiae sedem obtinuit,
sed felicitatis, quam spondebat pastoris virtus, ovibus
praepropera mors intercidit».

De eo meminit Laurentius Longus in *Nomenclatura Ecclesiae Hierarchiae*, pag. 26; item in *Summa Tabul.* pag. 745.

Bibliografia: L. LONGO, *Nomenclatura Ecclesiae Hierarchiae*, p. 26; F. UGHELLI, *Italia Sacra*, Venezia 1718, III, c. 522; G. CEVASCHI, *Somasca Graduada*, Vercelli 1743, p. 52-53; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 140; A. CAPPELLINI, *Dizionario biografico di Genovesi illustri e notabili*, Genova 1941, p. 237; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi*, V. Padova 1952, *Sagonensis*, p. 300; M. TENTORIO, *I PP. Somaschi nella parrocchia della Maddalena di Genova: i Somaschi direttori di monasteri*, Genova 1976, p. 21.

BONIFACIUS ALBANUS

Professus Salodii 19 augusti 1635.

Bonifacius Albanus, ex antiquissima et nobilissima comitum familia Bergomas, in Romana Curia procurator generalis Congregationis et subinde praepositus generalis de anno 1665, continuata honorum serie archiepiscopus Spalatensis, Dalmatiae et Croatiae Primas, ab Alexandro VII renuntiatur et a Clemente IX inauguratur 1668. Depicta est eius effigies in tabula cum elogio suculto, nempe:

«Pater Dominus Bonifacius Albanus Bergomensis
ex praeposito generali archiepiscopus Spalatensis creatur,
nil dubitante Pontifice optime maximo
quin Ecclesiae Dei diligentiam haberet,
qui laudabiliter adeo domui suae,
hoc est suae Congregationi, praefuerat».

Bibliografia: D. CALVI, *Scena letteraria degli scrittori Bergamaschi*, Bergamo 1664, p. 9; D. CALVI, *Effemeride sagro-profana di quanto di memorabile sia successo in Bergamo*, Milano 1676, t. II; GR. FERRARI, *Vita del venerabile Girolamo Miani*, Venezia 1676, p. 142; CERASOLI, *In accessu Bonifacii Albani Spalatensis archiepiscopi ad Archiepiscopale solium vaticinus hymnus*, «Tritonis Buccina», Milano 1682; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 68; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 3; D. FARLATI, *Illyricum sacrum*, III, Venezia 1765, *Bonifacius Albanus Archiep. Spalat. LXXI*, p. 510-514; B. VAERINI, *Gli scrittori di Bergamo*, Bergamo 1788; O. PALTRINIERI, *Bonifacio Albani, patrizio Bergamasco*, «Notizie intorno alla vita di quattro arcivescovi di Spalato, primati della Dalmazia e di tutta la Croazia, che furono della Congregazione di Somasca», Roma 1829, p. 1-7; J. FRAIKIN, *Albani Bonifacio*, «Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclesiastiques», I, Parigi 1912, c. 1370-1371; A. STOPPIGLIA, *P. Bonifacio Albani crs*, «Bibliografia di S. Girolamo Emiliani», Genova 1917, p. 41; *I quattro arcivescovi di Spalato. Mons. Bonifacio Albani*, in «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», Roma 1928, p. 213-215; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 191-195; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Spalatensis*, p. 361; G. NOVAK, *Provjest Splita*, Spalato 1961, p. 151; V. BLAZEVIC, *Concilia et synodi in territorio hodiernae Jugoslaviae celebrata*, Vicenza 1967, p. 120; D. KECKEMIT, *Castel Sururac*, Spalato 1978, p. 163-165; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 310-314.

JOANNES BAPTISTA SPINULA

Professus Genuae 21 februarii 1618, moritur 1668.

Ioannes Baptista Spinula, quondam Dominici Genuensis, humanae philosophiae ac divinae theologiae praestantissimus in Congregatione explanator, generis nobilitatem religiosarum virtutum ornamentis illustriorem reddidit. Integritatem morum regulisque disciplinae formam usque ad ultimum diem studiosissime servavit. Reipublicae Genuensium theologus factus, serenissimo senatusconsulto et serenissimo collegiorum consensu, supra fidem est quanta dicendi vi quantoque rationum pondere spinosas materias de immunitate, de libertate ecclesiastica enucleaverit, undequaque ad ipsum tamquam ad oraculum confluebant, ut controversiarum et difficultatum nodi explicarentur. Magna animi constantia mentisque humilitate a dignitatibus abhorruit, semel praepositus in collegio Sanctae Mariae Magdalenae Genuae, ubi examinatus synodalis in archidiocesi, itidem censor et consultor in sanctissimo Inquisitionis officio modo publicis consultationibus, modo privatis institutionibus egregia doctrinae suae necnon eruditionis ecclesiasticae monumenta in omnium animis impressa reliquit. Nihil, quod noverim, praeter nonnulla consulta, necnon vota canonica in thematis contingentibus, in lucem edidit, contentus ea nominis immortalitate, quae ex virtutum exercitio et rebus sapientissime gestis comparatur. E vivis excessit Genuae 19 januarii 1668, summo totius civitatis maerore et tenerrimo omnium ordinum sensu, qui ex eius meritis idonei sunt facti, ut ea vel narrando laudarent. Liber Actorum collegii, pag. 140.

Bibliografia: G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 81-82; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 138-139; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 29¹¹⁻¹².

ALOYSIUS CERCHIARIUS

Professus Papiæ 8 decembris 1618, obiit 1632.

Aloysius Cerchiarus, Vicentinus, anno 1603 natus, expleto studiorum suorum curriculo, vates et orator celeberrimus, primum Bergomi inferiores iuventuti disciplinas tradidit, postea Venetiis in seminario patriarchali nostrae curae commisso oratoriam palaestram simulque academiam generosorum titulo aperuit, exinde senatorum primis et eminentissimo Federico Cornelio cardinali innotuit. Romam accitus, cum oratione quadam legati Hispani aures offendisset, illico patrum de consilio in Lombardiam, mox Venetias ad intermissas exercitationes rediit. Quod otii reliquum erat, Ordinis nostri historiae destinavit, cuius cum privatum iam dedisset specimen, cardinalis Federicus Cornelius aptum censuit, qui suae familiae annales contexeret. Caeterum nostrorum precibus elogia Congregationis continuabat, quorum aliquot icones editioni iam paratae erant, nisi quod patres gratum eius ingenii munus testaturi, Aloysium in rectorem Biellae designant, quo in itinere ex fervida aetatis vehementia febris acuta correptus, in domo nostra Sancti Syri Alexandriae, suae iuventutis flore et apice virtutis, anno 1636 vivere desiit, aetatis suae 33. Eius publice leguntur, Bergomi excusa 1634 et recusa Mediolani 1659, *Orationum* volumen unum; *Poeseos* alterum; *Epicedium in parentali-bus principis Michaelis Peretti*; *Triumphus pietatis de S. Ivone panegiricus*; *In obitu Henrici Burgi Servitarum generalis epitaphium*. De eo mentionem facit Jacobus Philippus Thomasini in *Vita illustrium virorum*; Morerius in dicta *Historia*; immo Aloysius Tassus, canonicus Bergomensis, Aloysii nostri poemata laudans, sequens epigramma composuit:

«Dum scribis, Cerchiare, tui miracula cantus
Prisca silet vatum gloria, fama stupet.
Nam grave tam dulci modularis carmen avena
Aemulus ut litui sis citharaeque simul.

riae Magdalenaë Genuae in sepulcro Congregationis, in capsula inclusus, cum hoc epitaphio intra tabulum colligato.

«D. O. M.

R.P. D. Petrus Antonius Bonfilus Genuensis,
Congregationis de Somascha sacerdos et vocalis,
purioris innocentiae perpetuus assertor,
post labores innumeros,
quos ad Dei gloriam suorumque utilitatem numquam recusavit,
ad extremum usque vitae toleratos.
Sibi sempre minimus,
quamvis omni honore et dignitate apud omnes maior,
isti Somaschensi coetui,
cui tum procurator generalis tum consiliarius mirifice profuit,
sed praesertim huic collegio,
quod supra decennium novitiorum magister,
per septennium praepositus diutiusque vicepraepositus,
ac multiformis gratiae munere affatim cumulavit,
lugendus.

Obiit foere octogenarius anno salutis 1697,
die 5 aprilis in parasceve,
ut, Domini sui poenas imitatus in vita,
Resurrectionis gloriam quandocius post mortem consequeretur».

De tam benemerito viro religiosoque sacerdote meminit reverendus pater frater Paulus Maria a Genua capucinus, saeculo Bartholomaeus Montaldo, in suo opere, cui titulus: *Sacra Ligustici coeli sidera*, Genuae anno 1732.

Bibliografia: P. M. Capp. B. MONTALDO, *Sacra Ligustici Coeli Sidera*, Genova 1732; G. CEVASCHI, *Somasca Graduada*, Vercelli 1743, p. 79-80; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 17-18; O. PALTRINIERI, *Elogio del nobile pontificio Collegio Clementino di Roma*, Roma 1795, p. 53; P. Pierantonio Bonfiglio, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi nel IV centenario della Fondazione, 1528-1928», Roma 1928, p. 143-144; A. STOPPIGLIA, *La Chiesa della Maddalena in Genova*, Genova 1930, p. 329-335; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei padri Somaschi*, Genova 1932, II, p. 33-48; A. CAPPELLINI, *Dizionario biografico di Genovesi illustri e notabili*, Genova 1941, p. 33; M. TENTORIO, *I PP. Somaschi nella Parrocchia della Maddalena di Genova*, Genova 1976, p. 133-137; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 94-99.

plures annos tyrones adolescentesque ita ad pietatem, ad regularum observantiam, ad modestiam et virtutum omnium exercitium informabat, ut suae devotionis, orationis, mortificationisve spiritum infudisse videretur. In hoc officio illud ad memoriam insigne est, quod de eo testes de visu Franciscus Maria Pavia et Joannes de Auria, tunc temporis secundae probationis adolescentes et hac nostra aetate gravissimi sacerdotes, nec non ob animi candorem et morum probitatem fide dignissimi nobis tradiderunt. Novitiorum curam agente Bonfilio, Ioannes Baptista Solimanus, Genuensis nuper professus (in novitiorum vigore nostrarum constitutionum novos professos alicuius temporis cursu detinere consuevimus) Joannes Baptista, inquam, Solimanus improba febre corripitur, eiusque pestifera lues adolescentis vitam quo cecius eo periculosius depopulabatur, erumpente tandem morbi secreta vi, aegro graviter per multos dies afflictato medici conclamarent, nullamque pro eo subesse corporalis vitae spem uno ore..., reficitur proinde sacro viatico ad vespertas extreme inungitur ad luctam, interim Bonfilius, commisso executoribus infirmo, in suam cellam receptus tota nocte Deum orat, ut discipulo suo in longum et ei famulaturum pristinas vires reddat, labentisque vitae, quam validiora artis remedia minime iuvant, addat, lacrymis suspiriisque precatur. Adfuit clementissimus Deus orantis votis et interno Bonfilium de iuvenis futura sanitate monet. Bonfilius, cum ipsum summo mane collegii patres suscitaverint quid de discipulo praesentiret, num adhuc viveret, modeste respondit: Infirmitas ista, ut spero, non est ad mortem, brevi convalescet. Porro accedentibus et supervenientibus de more medicis, examinata arteria, liberum a febre et malignis pustulis Joannem Baptistam immunem reperiunt, et mirati incolumem securumque depraedicant, quod plane extemporaneae sanitatis gratiam Bonfilii precibus acceptam debuit referre. Scripsit virida aetate quamplurima tam oratoria, quam poetica, sed alia ab ipso ex humilitate combusta, alia deperdita, aliaque tempus edax surripuit. Obiit non sine sanctitatis opinione pro octogenarius, die veneris sancto anno 1697, cuius memoria in benedictione est, et sepultus in ecclesia Sanctae Ma-

Cerno, melo Tuscos, si vis gravitate latinos
Vincere, sic gemina cingere fronde caput».

Ad eius iconem in Collegio Vicentino SS. Philippi et Jacobi legitur haec inscriptio: «Pater Dominus Aloysius Cerchiarus Vicentinus, aequae Deo musisque charus, Romanis lauris Piericas palmas connexuit. Immature exsiccatus ingenii flos virtutum viridariis odorem arripuit, quare vel florere debuit numquam, vel numquam arescere».

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 35-36; ANGIOLGABRIELLO DI SANTA MARIA, *Biblioteca e storia di quegli scrittori così della città come del territorio di Vicenza*, Vicenza 1782, VI, p. 109-112; O. PALTRINIERI, *Elogio del nobile e pontificio Collegio Clementino di Roma*, Roma 1795, p. 9, 42; FR. ARISI, *Cremona Literata*, Parma 1802, III, p. 233; G. ALCAINI, *Introduzione alla storia della Congregazione Somasca*, «Bollettino della Congregazione di Somasca», I (1915), n. 3, p. 23; G. ALCAINI, *Le nostre case in Vicenza*, «Bollettino della Congregazione di Somasca», III (1917), p. 18-19; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 93-94.

LAMBERTUS MONTICULUS

Professus Ameriae 25 iunii 1619.

Lambertus Monticulus, Ariminensis, Congregationis sacerdos, scientiis florentissimus et sanguine nobilissimus, dato nomine Somaschis, non minus solemnia vota, quam amoeniora studia professus est. Insignes Ephebos Romae in collegio Clementino et Venetiis in Ducali Seminario instituit, in quorum uti et ceterorum

emolumentum opus edidit in duos libros discretum; primus habet titulum: *Praxis oratoriae apparatus*, Venetiis 1658; secundus: *Praxis oratoriae summulae rethoricae*, ibidem 1659. Opus novum et ad nova, nec adhuc post tot rethoricas theorias ab ullis excogitata.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 103-104.

ANTONIUS SANTINIUS

Professus Romae die prima ianuarii 1620, obiit 1662.

Antonius Santinius, nobilis Lucensis, inter Somaschos adscitus ab adolescentia sua, professus ab anno 1620 die 1^o ianuarii. Absolutis studiis, iuventutem suam impendit in nostris accademis, fructu non paenitendo, cumque ingenio atque eruditione multum praestaret, in splendidioribus disciplinis laudate se exercuit. Inter caeteras mathematicam egregie professus est, adeoque in almo Urbis Gymnasio lector publicus et ordinarius pluribus annis mathesim edocuit sub Innocentio X. Fuit praepositus Genuae in collegio Sanctae Mariae Magdalenae sub anno 1628, sed litterarum amatissimus, numquam ad dignitates promoveri curavit, immo constantissime respuit. Edidit, appositis sui nominis literis initialibus vicelicet A. S. L., duos in mathematicis libellos, quorum alter inscribitur: *Supplementi Francisci Vietae ac Geome-*

PETRUS ANTONIOS BONFILIUS

Professus Genuae 8 februarii 1635, moritur 1697.

Petrus Antonius Bonfilius, Genuensis, natus anno 1617, Somaschis iuratis votis ascribitur anno 1635. Vir, cuius fortitudo et decor indumentum fuit, fortitudinem in opere, decorem in oratione exhibens, adeo vitae activae et contemplatricis dotibus emicuit, ut totus in iuvando totusque in proficiendo alienae saluti invigilaret et propriae non indormiret. Eximium paupertatis exemplar, vestibus detritis, resertis amiciebatur, calceis utebatur quos alii deposuissent, nec eos illi superior potuerit nisi actu immutare vel imperio. Devotionis, obedientiae, bonaeque voluntatis cultus omnium oculis ex eius colloquio, vultu, gestu iugiter patebat; humilitatis vero virtus quanta in eo esset tum ex domesticis, tum externis exercitiis intelligebatur, ut plane quisquis ad apostoli, Christum in corpore suo portare fatebatur. Virgo usque ad extremum spiritum, praecipuo in Virginem amore ferebatur et quotidie eius laudes recitabat et corollam. Viginti plus uno annos emensus est in collegio Clementino de urbe Rethoricorum interpres, nobilissimam iuventutem illam qua suavitate, qua mentis acie, qua sui dispicientia inter communes eloquentiae plausus artem oratoriam edocuit. In eodem almo collegio subinde rector, qua prudentia, qua sedulitate, qua omnium benevolentia eo munere defunctus est. Procurator generalis in Curia Romana, qua consilii, qua dexteritatis, qua solertiae praestantia provinciam illam implevit. Porro cum ea munia adeo sancte, adeo prudenter, adeo graviter obisset (dignus profecto quod religiosum omni exceptione maiorem et eximiae probitatis virum, sanctissimus dominus noster Innocentius XI praedicaverit) ad supremum Congregationis magistratum evehendus erat in comitiis generalibus de anno 1680, nisi ipsemet genuflexus precibus et lacrimis obstitisset. Magister novitiorum

ANTONIUS BOTTI

Professus Genuae 8 februarii 1635, moritur 1683.

Antonius Botti, nobilis Genuensis, vir theologus ornatae locutionis et multiplicis literaturae. Pro Congregationis nostrae decore et gloria plurimum et pluries in exedris et suggestibus exercitus, ab eadem saepissime regiminum et officiorum muneribus gradibusque decoratus fuit, usquedum per Clementem X ab augusta religionis arca ad augustius Minorensis ecclesiae sive episcopatus theatrum in aetate annorum 52 evocaretur, 1670 die 17 novembris. Ter mille ducatos in beneficium eiusdem ad formam depositi in bancho Sanctissimae Annuntiatae Neapoli facti, erogandos pia largitione donavit et ex his huius ecclesiae inopia in futurum non modicum levamen assecuta est, meritis maior bonus pastor totus incubuit suo clero et populo iuvando, decessit 1683. Ughelli in *Italia Sacra*.

Bibliografia: F. UGHELLI, *Italia Sacra*, Venezia 1721, VII, c. 281; F. PANSA, *Istoria dell'antica repubblica di Amalfi, Minori con i suoi vescovi*, II, Napoli 1724, p. 137; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 74; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 19-20; G. MORONI, *Dizionario*, XLV, Venezia 1847, p. 199; G. SESTILI, *Il culto della filosofia*, in «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi». Roma 1928, p. 198; L. JADIN, *Botti Antonio*, «Dictionnaire d'Histoire et Géographie ecclesiastiques», IX, Parigi 1937, c. 1426; A. CAPPELLINI, *Dizionario biografico di Genovesi illustri e notabili*, Genova 1941, p. 35; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Minorensis*, p. 269-270.

triae totius instauratio, auctore A.S.L., Parisiis impressus, anno 1644; alter vero praenotatur: *Inclinationum appendix seu To. Geometriae ΠΑΗΡΩΜΑ sive replementum*, per Antonium Santinium Lucensem c. r. s. ac in almo Sapientiae Romano Gymnasio professorem, Maceratae evulgatus, anno 1648. De eo meminit Crescentius in suo *Praesidio Romano*, libro 2. Obiit anno 1662.

Bibliografia: G. P. CRESCENZI ROMANI, *Presidio Romano*, Piacenza 1648, II, p. 36; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 127; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1932, II, p. 276-281; M. TENTORIO, *I PP. Somaschi nella Parrocchia della Maddalena di Genova: religiosi illustri nel secolo XVII*, Genova 1976, p. 24.

AUGUSTINUS GUAZZONI

Professus anno 1622, moritur rector Sancti Clementis Montisferrati die 24 ianuarii 1664.

Augustinus Guazzoni, Laudensis, vir certe cunctis venerabilis, religioni nostrae charus, principibus acceptus, orbi clarissimus, eximie sapiens, rebus in agendis prudentia, dexteritate ac fide spectatissimus, dignus extitit, qui pro catholico rege contra imperatorem apud Mantuae ducem legatus praesideret. Diu semperque summa cum laude eiusdem in munere adlaboravit; inter militaria negotia suavitatis suae minime oblitus, omnia dulciter et strenue expeditabat, ita quod nec fidelitas dexteritati, nec fidei dexteritas quidquam detraheret. In civitate Casalensi, ubi subinde

Hispaniarum eiusdem monarchae residens immorabatur, laboriosum munus morte complevit. Funebria celebrata publicis impendiis in ecclesia cathedrali, expressa prius studiose eius effigies, instituta de eius laudibus panegyris, procerum, religiosorum populique tanta concione, ut si regi Hispano iusta, non regis Hispaniarum legato, fuissent persoluta, maior non potuisset haberi. Ex relatione Provinciae Lombardae.

Bibliografia: FR. ARISI, *Cremona Literata*, Parma 1702, III, p. 203; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 61-63; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 82-83; P. Agostino Guazzone, in «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», Roma 1928, p. 171-172; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 31⁶⁻⁷; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 278-279.

HIERONIYMUS GALLIANUS

Professus Papiae 27 augusti 1623, moritur 1682.

Hieroniyimus Gallianus, nobilis Ticinensis, ex Academicis Affidatis unus celebrior. Vir summae autoritatis et literaturae, semel atque iterum et ter repetitus, nempe anno 1653, 1659, 1668, totius Ordinis nostri praesul fuit, in quo gradu prudentiae, moderationis et charitatis in Deum et proximum faces omnibus praetulit. Collegium Papiense Sancti Maioli, cuius splendidus instaurator et praepositus pluries fuit, nedum facultatibus et aedificiis, verum et morum disciplinaeque regularis aurea honestate di-

JOANNES MARIA VISONUS

Laicus professus Genuae die 14 septembris 1634, ex indulto apostolico ad clericatum transiit 1667.

Joannes Maria Visonus, Acerris in Campania natus, in habitu laicali professus est solemniter vota Genuae in Collegio Sanctae Mariae Magdalenae anno 1634. In humili laicorum coetu scientiis, quantum per otium licuit, vacans, oratorum poetarumque lucubrationes evolvit, ex quibus plurimas hausit cognitiones et documenta, quae ad linguam latinam expoliendam eaque imbuendam iuventutem abunde profuerunt. Porro cum animadvertisset quamplurimos in id tempus fuisse deceptos, quod progymnasmata latinitatis latinis literis edocerentur, non secus ac si quis Germanicum germanico idiomate vellet addiscere, quod sane foret difficillimum, vel saltem multum temporis in eo addiscendo insumeretur, italice edidit: *La grammatica volgare divisa in tre classi piena di utilissime osservazioni*, quae iterum atque iterum cusa, et recusa, et inter coeteras quae hucusque prodire usitatissima, ultimo prodit Genuae anno 1685. Item formis Venetis anno 1655 ad commodum puerorum et syntaxistarum evulgavit: *Il novissimo e facilissimo Donato copioso di verbi e nomi*. Necnon ibidem tractatum de generibus, praeteritis et supinis, cui titulus: *Catalogo de' nomi più difficili, heteroclitici, anomali, dubii etc.* Così *De verbi più ardui ne' preteriti e ne supini composti o semplici*. De hoc meminerunt ductores, qui post ipsum de grammaticis institutionibus scripserunt.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744; p. 155.

CAROLUS CARCASSOLA

Professus Mediolani 29 septembris 1633, verum post multos annos professionis, nullitate probata, canonicus ordinarius metropolitanae ecclesiae Mediolanensis moritur.

Carolus Carcassola, aequè nobilis ingenio ac sanguine in rethorices, philosophiae et theologiae studiis valde profecit. Romae in collegio Clementino philosophiae et Mediolani in collegio Sanctae Mariae Secretae theologiae lector fuit. In dicendo mirificus atque validus, plures a coene vitiorum de suggestu revocavit in suis auditoribus salutem operatus. In collegio Mediolanensi divi Antonii *Accademiae Faticosorum* plurimum profuit, immo electus princeps praefuit ab obitu comitis Joannis Borromaei, in cuius laudem funebrem orationem summo audientium plausu concinnavit. In habitu Somaschensi quatuor lustra et ultra exegit. Typis mandavit italice duas orationes panegiricas: *Li quattro fiumi del Paradiso terrestre per S. Antonio di Padoa* e *L'umiltà magnanima per San Carlo di Milano*. De eo Picinellus in *Athenaeo Mediolanensi*.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 30; F. ARGELATI, *Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium*, Milano 1745, c. 306; F. PICCINELLI, *Elenco dei letterati Milanesi*, Milano 1670, p. 112-113.

tavit. Vix adolescentiam transgressus, rethoricam Aristotelis maximo sapientum plausu interpretatus est, mox philosophiam universam; itidem Sanctorum Patrum vestigiis inhaerens, scholastica et morali theologia abundans, ac apostolico igne succensus, evangelicae sanctimoniae praeconem egit. Ad Helveticos missus, cum haereses illic ultra pomerii sui fines excurrerent, factis et verbis praeclarum ibi virtutis suae et probitatis tunc primum experimentum dedit, ut Roma eum acerrimum fidei propugnatorem et veracissimae religionis assertorem fuerit testata. Quadraginta et ultra annos in sacrae Inquisitionis consultationibus summa cum laude adlaboravit. Perfunctis universis fere congregationis muneribus (vel quarto suprema dignitate inaugurandus, sed et dignitas defecit, quamvis ipsi meritum non defuerit, quo ab omnibus dignissimus putabatur) in patria 1687 vitam hanc cum aeterna commutavit observantiae regularis tenax, laboribus indefessus et inter religionis onera norma assiduitatis et promptitudinis. Evulgavit, quantum scio, Papiae, anno 1633, italica lingua Panegiricum ad celsissimum ac serenissimum Ferdinandum Austriacum, cardinalem infantem Hispaniarum nec non Toleti Archiepiscopum, cui lemma: *L'allegrezza verace*; item aliam orationem in laudem divi Caroli Borromaei, cui titulum: *La solitudine*, Mediolani 1649.

Bibliografia: G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1733, p. 64-65; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 75-76; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 98-100; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 101-103.

AUGUSTINUS DE ANGELIS

Professus 29 iulii 1624, mortuus anno 1681.

Augustinus De Angelis, Angrensis, ortus anno 1606, in Congregatione professus, provincialis, definitor, rector almi collegii Clementini, philosophiam et theologiam per 37 annos professus est; in Romanae Sapientiae archigymnasio lector ordinarius cathedram per plura lustra sustinuit, sacrae Congregationis Indicis consultor, non vulgaria a purpuratis proceribus encomia reportavit. A Clemente IX anno 1667, aetatis suae 61, Umbriaticensis ecclesiae antistes eligitur, obiit anno 1681 mense aprilis. Earum scientiarum, quibus erat praeditus, plures lucubrationes edidit, videlicet:

Lectiones theologicas de Deo clare viso, omnia sciente, nos praedestinante, ac omnia creante in summam contractas, Romae 1664, in 4°. Item:

Lectiones de Deo ut Trino et ut Incarnato, ibidem 1666, in 4°;

Homologiam seu consensum historiae ecclesiasticae cum sacris canonibus, conciliis, epistolis, decretis, bullis, seu constitutionibus summorum Pontificum in duas partes distributam, ibidem 1666, in 8°;

Quaestionem unicam in quinque lectiones distributam, ubi brevissimo et clarissimo methodo, strictior nonnullorum opinandi modus, laxior aliorum temperantur, ibidem 1667, in 8°;

Lectiones philosophicas logicam, physicam, methaphysicam complectentes, Neapoli 1652, in fol.;

Lectiones meteorologicas, ibidem 1653, in 4°;

Lectiones astronomicas, Romae 1664, in 4°.

Eiusdem italice leguntur:

Esercizij spirituali per i convittori del collegio Macedonio, Neapoli, apud Albertum Molli. De his meminit Toppius in *Bi-*

didit. A cathedris ad suggesta transiit, et per 20 quadragesimas variis in urbibus Italiae declamator apostolicus virtute multa evangelizavit. Bis in collegio Mediolanensi Sanctae Mariae Secretae praeposituram egit, quo in munere omnes boni amantisque pastoris partes implevit. Obit in patria et reliquit manu scriptas *Conciones quadragesimales*; typis evulgavit nonnullos etrusco sermone Panegyricos: *La Palma per San Simonino Martyre, detto nella cattedrale di Trento*; *La Fenice par San Carlo Borromeo, detto nel duomo di Milano*; *La Lingua per Sant'Antonio di Padova, detto nella medesima città nella chiesa di San Francesco*. Picinelli in *Atheneo Mediolanensi*.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 2-3; F. ARGELATI, *Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium*, Milano 1745, I, c. 4-5; G. MAZZUCHELLI, *Gli scrittori d'Italia*, Brescia 1753, v. I p. II, p. 1271; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 159-161; PICINELLI, *Elenco dei letterati Milanese*, Milano 1670, p. 401-402.

FRANCISCUS STHEPHONIUS

Professus Cremonae die 28 augusti 1633, obiit 1657; fuit ex Congregatione Matris Dei, transiit ad nostram sub Urbano VIII.

Franciscus Sthephonius, Sabinus, initio XVII seculi admissus ad Congregationem, semper ab ingenio et studiis fuit commendatus; in dicendi facultate singularem, in collegio Clementino de urbe, in quo oratoriae artis interpres fuit, laudem promeritus est. Ibi quam habuit orationem edidit sub titulo: *Iris coelestis*, Romae anno 1642.

Bibliografia: I. MARRACCI, *Bibliotheca Mariana*, Roma 1648, II, p. 441; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 143.

JOSEPH MARIA CIRIA

Professus Cremonae, 27 ianuarii 1633.

Joseph Maria Ciria, Cremonensis, initio elapsi saeculi votis religionis nostrae sese obstrinxit. In oratoria et poetica facultate maxime excelluit, saepe enim ex immensis oratorum campis ad amoenissima Musarum viridaria se recepit, hausitque ex eis tam hetruscae quam latinae linguae suavitatem, venustatem et gravitatem. *Duas Odas* composuit et evulgavit, primam in laudem episcopi Malloni c.r.s., Romae; secundam in commendationem Torquati Tassi, Venetiis anno 1640; item plurima *Epigrammata de illustribus*, in Musaeo Historico Imperialis apud Junctas cuso, dictis anno et loco.

Bibliografia: Fr. ARISI, *Cremona Literata*, Cremona 1741, III; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 39-40; O. PALTRINIERI, *Religiosi Somaschi convittori del Collegio Clementino nei secoli XVII e XVIII. Giuseppe Maria Ciria, «Somascha»*, XX (1995), p. 100-101.

LUCIUS JOSEPH AVOGADRUS

Professus Mediolani 6 aprilis 1633, moritur 1695.

Lucius Joseph Avogadrus, Mediolanensis, ex nobili stemmate, vir in Congregatione spectabilis literaturae et prudentiae non imparis, Papiae quadriennio philosophiam, Mediolani triennio theologiam tra-

bliotheca Neapolitana, omnes scribentes de viris illustribus.

Eruditissimus et sapientissimus praesul nonnulla alia opuscula in honorem Beatae Mariae Virginis typis mandavit, quae apud Maraccium in *Appendice ad Bibliothecam de Scriptoribus Marianis*, Coloniae impresso 1683, sic exhibentur:

De Origine Sanctae Mariae de Auxiliis purissime et immaculate Conceptae panegyricus theologicus, Neapoli 1659, in 4°;

Apologia pro eodem discursu theologico de Immaculata Conceptione Beatae Virginis, Inglostadii 1660, in 4°;

Manuale propugnaculi, quod olim Hyacintho Albarego obiecit Ludovicus Crespus a Borgia pro Immaculata Beatae Virginis Conceptione, Panormi 1660, in 4°;

Tractatus Theologicus de Immaculata Conceptione, seu praeservatione Beatae Virginis a peccato originali, in quattuor partes distributus, Puteolis 1661, in 4°;

Duodecim radii, quibus a visibili Ecclesiae sole Alexandro VII Beatae Virginis praeservatio a peccato originali illustratur et illuminatur, ibidem eodem anno, in 4°.

Et alia quae me fugiunt.

Eius elogium est apud nostrates:

«Pater dominus Augustinus de Angelis Neapolitanus
Vitae innocentia, indefesso mentis vigore,
Invicta in operando constantia
Verius quam cognomine Angelum
referens
Episcopus Umbriaticensis renuntiatus
Populorum custodiae ac regimini destinatur».

Bibliografia: N. TOPPI, *Biblioteca Napolitana*, Napoli 1678, p. 2-3; L. MARRACCI, *Appendice ad bibliothecam de scriptoribus Marianis*, Colonia 1683; F. UGHELLI, *Italia Sacra*, Venezia 1721, IX, c. 530; ———, *Magna bibliotheca ecclesiastica*, Colonia 1734, I, p. 459; G. CEVASCO, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 72-73; G. FIORE, *Della Calabria illustrata*, Napoli 1743, II, p. 344; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 54-55; P. CARAFFA, *De Gymnasio Romano eiusque professoribus*, Roma 1751, p. 343; G. MAZZUCHELLI, *Gli scrittori d'Italia*, Brescia 1753, I, p. II, p. 732-733, 754-755; E. D'AFFLITTO, *Memorie degli scrittori del regno di Napoli*, Napoli 1782, p. 349-351; O. PALTRINIERI, *Elogio del nobile pontificio Collegio Clementino di Roma*, Roma 1795, p. 52-53; V. CORONELLI, «Nuovo Dizionario Storico», Bassano 1796, II, p. 59; F. M. RE-

NAZZI, *Storia dell'Università, degli Studi di Roma detta comunemente La Sapienza*, Roma 1805, III; G. CAPPELLETTI, *Le Chiese d'Italia*, Venezia 1870, v. 21, p. 271; C. MINIERI RICCIO, *Notizie biografiche e bibliografiche degli scrittori napoletani fioriti nel secolo XVII*, Milano-Napoli-Pisa 1875, p. 33-34; E. NARDUCCI, *Giunte all'opera «Gli scrittori d'Italia»*, Roma 1884, p. 26-27; D. TACCONE-GALLUCCI, *Cronotassi dei metropolitani, arcivescovi e vescovi della Calabria*, Tropea 1902, p. 93; H. HURTER, *Nomenclator literarius theologiae catholicae*, Inspruck 1910, IV, c. 357, 611; J. FRAIKIN, *De Angelis Agostino*, «Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclésiastique», III, Parigi 1924, p. 59-60; G. SESTILI, *Il culto della filosofia*, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», Roma 1928, p. 196; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei padri Somaschi*, Genova 1932, II, p. 152-162; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Umbriaticensis*, p. 398; G. GIURIANA, *Cronotassi dei vescovi di Umbriatico*, «Studi Meridionali I», Roma 1970, p. 85; G. GIURIANA, *La diocesi di Umbriatico*, «Studi Meridionali I», Roma 1970, p. 249-250; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 285-291; C. PELLEGRINI, *La Congregazione della beatissima Vergine delle grazie nel Collegio Macedonio di Napoli*, «Somascha», X (1985), p. 196-199.

ALEXANDER CRESCENTIUS

Professus Romae 13 decembris 1624, moritur 1687.

Alexander Crescentius, Romanus, nobilissimi Crescentiorum stipitis splendidissimum germen, Joannis Baptistae et Annae de Maximis filius, Petri Pauli cardinalis Crescentii nepos, a puero eam cum literis pietatem hausit, ut, spretis omnibus quae sibi prospere ex genere obvenire possent, Clericorum Regularium Congregationis nostrae habitum induit, hausitque in hac vivendi norma omnium virtutum fontes, aliisque dum largiter effundit, ab Urbano VIII ad Termulanum episcopatum assumptus est, inde ad

HIERONYMUS DE NIGRO

Professus Genuae 28 novembris 1633, moritur 1660.

Hieronymus De Nigro, patritius Genuensis, ex singulari pietatis genio, filius patrem imitatus, qui viduus Oratorii Congregationem ingressus est, nostrae se, spiritu Dei actus, adscripsit anno 1633. In divinis humanisque scripturis doctus, divini Verbi ecclesiastes fuit; sexaginta annos natus finem vivendi fecit 1660. Scriptis evulgavit italico sermone: *Militem Gallicum reducem in provinciam*, Finarii 1650, in 8°; *Orationem habitam in anniversario Concordiae publicae*, Genuae 1644, apud Calensanum; *Orationem aliam in universitate Papiensi in honorem Beatae Virginis de Laureto*, Papiae 1651; item *Orationem panegiricam in die Praesentationis Beatae eiusdem Virginis in ecclesia Vinearum*, Genuae 1651; nec non *Elogium latinum in laudem Joannis Baptistae Alberti c.r.s.*, ibidem 1638. De eo Oldoinus in *Athen. Ligustico*; Iustinianus, *De scriptoribus ligusticis*.

Bibliografia: R. SOPRANI, *Li scrittori della Liguria e particolarmente della maritima*, Genova 1667, p. 119; M. GIUSTINIANI, *Gli scrittori liguri*, Roma 1667, p. 446; A. OLDINI, *Atheneaeum Ligusticum*, Perugia 1680, p. 250-251; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 62; P. Agostino Negro, in «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», Roma 1928, p. 146.

sciplinae zelo quamplurimum illustravit. Casertae in collegio Sanctae Mariae de Monte dictae anno 1649 praeposituram egit. Domino Philippo Caietano, Casertae principi et Cisternae marchioni, a consiliis fuit eique summopere carus. Plura typis mandavit, quae italice sonant:

Stachilogia quaresimale, ovvero scelta di concetti predicabili distinti a materie per ciaschedun giorno di Quaresima, Neapoli 1650, in 4°;

Item *Stachilogia Avventuale*, in 4°; *Eucaristica*, in 4°; *Domenicale*, in 4°, ibidem 1651.

Item latine scripta:

Stachilogia Virginalis, in 4°. Quae omnia parochis, confessariis et concionatoribus quamplurimum inserviunt ad perpetuam tanti auctoris memoriam duratura. Item edidit Neapoli vulgari sermone: *Il medico dell'anima*; necnon latinis litteris *Variarum orationum spiritualium delectum*. Eiusdem leguntur *V. Mariae Laurentiae Longae monialium capuccinarum fundatricis gesta selectiora* excerpta, typis cusa Neapoli 1660, in 12°. Ex *Bibliotheca Neapolitana* Toppii.

Bibliografia: N. TOPPI, *Biblioteca Napolitana*, Napoli 1678, p. 59; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 81-82; P. MANZI, *P. Carlo Guadagni*, «Rivista della Congregazione Somasca», XXXIII (1958), p. 345-361; XXXIV (1959), p. 39-67; 121-139, 195-216; P. MANZI, *Il sepolcro di Carlo Guadagni C.R.S. «Vita Somasca»*, 1972, p. 175-180; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 244-250.

Ortonensem et Camplensem ecclesiam transire iubetur, mox ad Bituntinam transfertur die 26 augusti 1652. Cuius cum operam maxime profuturam Romanae Ecclesiae inspexisset, Innocentius X eum nuncium ordinarium legavit ad Sabaudiae ducem, quo in munere cum detineretur, Bituntinae Ecclesiae per procuratorem possessionem iniit die 6 octobris 1653, ad quam deinde se transtulit expleto nuntii opere, Neapoli aliquamdiu detentus inquisitoris fidei munere implicitus. At sive absens, sive praesens eam piissime rexit usque ad annum 1668, quam libere resignavit, Romaeque substitit variis adhibitus in aulae muneribus, patriarchatu auctus Alexandrino die 9 ianuarii 1671. Demum a Clemente X, dum pontificatum gereret, apostolici cubiculi Praefectura decoratus est et presbyter tandem cardinalis Sanctae Romanae Ecclesiae tituli Sanctae Priscae renunciatus die 27 martii 1675. Deinceps Recanatensi et Lauretanae ecclesiis sacrum ius dicere ab eodem pontifice iubetur, quas cum per sexennium rexisset, inque eis moderandis mirifice divinum cultum auxisset, tali munere se exolvit. Mortalitem Romae explevit anno 1688 eadem sanctitatis fama, qua Bithunti sederat episcopus. Ughelli in *Italia Sacra*. Edidit patrio sermone *Orationem pastoralem ad populum et clerum episcopatum Ortonensis et Camplensis*, Romae 1644.

Bibliografia: G. P. CRESCENZI ROMANI, *Presidio Romano*, Piacenza 1648, II, p. 36; M. BATTAGLINI, *Annali del Sacerdozio e dell'Imperio*, IV, Venezia 1711, p. 316; D. CALCAGNI, *Memorie istoriche della città di Recanati nella Marca d'Ancona*, Messina 1711, p. 148s; F. UGHELLI, *Italia Sacra*, Venezia 1717-1723, I, c. 1224-1225; VI, c. 783; VII, c. 686; VIII, c. 374; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 65-66; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 50-51; L. CARDELLA, *Memorie storiche di cardinali della S. R. Chiesa*, VII, Roma 1793, p. 231ss; O. PALTRINIERI, *Elogio del nobile e pontificio collegio Clementino di Roma*, Roma 1795, p. XI-XII; G. MORONI, *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica*, Venezia 1842, XVII, p. 186; A. VOGEL, *De Ecclesiis Recanatensi et Lauretana*, I, Recanati 1859, p. 395-396; V. FORCELLA, *Inscrizioni delle chiese e d'altri edifici di Roma*, IV, Roma 1874, p. 159; *Relazioni della corte di Roma lette al Senato dagli ambasciatori veneti nel secolo decimosettimo*, a cura di G. BAROZZI-G. BERCHE, II, Venezia 1879, p. 357; A. AMABILE, *Il Santo Ufficio della Inquisizione in Napoli*, II, Città di Castello 1892, p. 52-53; H. BIAUDET, *Les nonciatures apostol. permanentes jusqu'à 1648*, Helsinki 1910, p. 263; P. CAMPERI, *I Cardinali Somaschi. Alessandro Crescenzi*, in «L'Ordine dei Chierici regolari Somaschi», Roma 1928, p. 234-239; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1934, III, p. 50-64; L. VON PASTOR, *Storia dei papi*, Roma 1932, XIV, 1, p. 636-638; 2, p. 4, 7s.; L. BARTOCCETTI, *Serie dei*

vescovi delle diocesi marchigiane, «Studio Picena», XV (1940), p. 123; M. LEOPARDI, *Annali di Recanati*, a cura di R. Vuoli, II, Varese 1945, p. 324; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Thermularum*, p. 344; *Ortonensis et Camplensis*, p. 266; *Bituntina*, p. 116; *Alexandrina*, p. 76; *Recanatensis et Lauretana*, p. 330; *Cardinales sub Clemente X*, p. 9; *S. Priscae*, p. 50; L. CEYSSENS, *La première Bulle contre Jansenius. Sources relatives a son histoire*, II, Bruxelles-Roma 1962, p. 759; M. TENTORIO, *L'orfanotrofio di S. Maria della Misericordia in Vicenza*, «Arch. storico dei PP. Somaschi, I», Roma 1965, p. 37; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, 294-303; I. POLVERINI FOSI, *Crescenzi Alessandro Cosimo*, «Dizionario Biografico degli Italiani», XXX, p. 629-632; C. PELLEGRINI, *Alessandro Crescenzi Nunzio Apostolico a Torino (1646-1658)*, «Somascha», XVIII (1993), p. 53-55; C. PELLEGRINI, *Lettere del Vescovo Somasco Alessandro Crescenzi (1651-1683)*, «Somascha», XVIII (1993), p. 204-206; O. PALTRINIERI, *Religiosi Somaschi convittori del Collegio Clementino nei secoli XVII e XVIII, Alessandro Crescenzi*, «Somascha», XX (1995), p. 97-100.

JOANNES AUGUSTINUS A LINGUIGLIA

Professus Papiae 1° iunii 1625.

Joannes Augustinus ex comitibus Linguigliae, Albingaunensis, nostrae Congregationis sacerdos, ex incomparabili eius eloqui praestantia, quae ubilibet personuit, *tuba* inter concionatores suae aetatis *argentea* indigitabatur, in nobilissimi sanguinis splendoribus, virtutum tam moralium, quam scholasticarum radios copulatus, clarissimus toti fere orbi emicuit. Obiit Albingae et sepultus est in divi Dominici ordinis praedicatorum templo. Eius opera conscripta et evulgata sunt; videlicet etrusco idiomate:

Narrationi intorno la vita ed azioni della beata Lucrezia Ca-

in diatribis scholasticis acceptissimus et sua aetate per antonomasiam Theologus dictus, duodeviginti et ultra annos in moraliibus, totidemque in speculativis lectorem egit, plurimos discipulos, seu potius magistros fecit, sibi pro conscientiae norma aliisque sufficiens, neminem non laudabat et apud ipsum solemne erat elogiis, quae ipse mereretur, alios adornare. Scripsit et manu scriptos reliquit *Tractatus Theologicos*, in quibus graviores, spinosioresque in sacris literis materiae adeo pellucide ab ipso enunciantur et explicantur, ut passim circumferantur et ob eorum perspicaciam in liceis nostris usurpentur. Obiit annorum 66, Mediolani, nostrae Congregationis consultor, die 14 ianuarii 1682. Ex Actibus Somaschensibus Sanctae Mariae Secretae.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 56; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 27.

CAROLUS GUADAGNI

Professus Genuae die 30 novembris 1632.

Carolus Guadagni, Nolanus, iuris utriusque doctor, in oratoriis et theologis facultatibus celeberrimus, philosophiaeque egregius professor, Congregationem nostram ingressus 1631 et professus 1632 Genuae, litterariis exercitationibus et regularis di-

dulgentiis ac Iubilaeo, de confessoriorum iurisdictione, privilegiis, officiis et consiliis etc., Placentiae 1652;

Orationes variae. Praelectiones Accademicae;

De obedientia in omni vitae statu praestanda, libri VIII;

Antidotarium morale. Iris, sphaera et alia etc.

Hunc celeberrimum poetam, historicum, oratorem, theologum memorat Joannes Petrus de Crescentiis et laudat in suo *Praesidio Romano*, cuso Placentiae 1648, qui eiusdem Laurentii nonnulla alia opuscula typis impressa commemorat, nempe:

Lituus belli sacri contra Turcas, opusculum metricum dictum Innocentio X, Vicentiae anno 1646. Item opusculum, cui lemma breve; *Ars vincendi hostes*; necnon *Stratagemma sacrum cum commentariis*, ibidem a multis cusa.

Bibliografia: G. P. CRESCENZI ROMANI, *Presidio Romano*, Piacenza 1648, II, p. 36-37; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 88-89; E. A. CICOGLIA, *Delle Inscrizioni Veneziane*, Venezia 1824-1853, III, p. 434; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 268-271; M. TENTORIO, *Un poema mariano: la "storia" di Lorenzo Longo*, «Rivista dell'Ordine dei Padri Somaschi», XXXIII (1958), p. 235-238; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 159-162.

JOANNES AUGUSTINUS DE DOMIS

Professus Papiae 5 augusti 1632, moritur 1682.

Joannes Augustinus De Domis, Mediolanensis, theologiae doctor eximius, nec non morum probitate et pietate spectabilis,

damosti, monaca del Terzo ordine di San Domenico, Mediolani 1640, in 12°;

Le nocti diurne. Panegirico per la vigilanza di san Carlo, ibidem 1647;

Il valore e la pietà. Orazione nel funerale di don Carlo Doria duca de Tursi, Genuae 1651;

Lodi ed azioni di Santa Paola Romana, ibidem 1638, in 8°;

Le sere dell'Adda descritte, Venetiis 1640, in 12°;

La fonte del Guiderdone e Le terme emiliane, opuscola duo impressa Venetiis 1648, 1643;

Le lagrime d'Israele, Ragionamenti intorno il salmo 136;

Nabucco trasformato, Ragionamenti, Venetiis 1651;

Guerre de Genovesi contro Alfonso re d'Aragona descritte, Genuae 1643;

Orazioni sagre, tom. 1, Mediolani 1648;

Vita di santa Luitgarde, Genuae 1660;

Panegirico di Plinio tradotto, Venetiis 1659;

Storia encomiastica della casa di Cordova;

Ritratti della prosapia ed eroi Moncadi nella Sicilia, opus in duos tomos discretum, Valentiae 1657, in 4°;

Staffetta privata, opusculum in duas partes distinctum, ibidem 1656;

Discorsi dal giorno festivo d'ogni Santo sino alla festa degli Innocenti, con una novena per la Natività di Nostro Signore, Venezia 1671;

Discorsi per l'anime del purgatorio;

Discorsi per le monache, cioè il predicatore alle crati;

Selva di materie predicabili;

Esercizi per le domeniche di Quaresima.

Praedicta omnia sub suo nomine doctissimus orator edidit; sub nomine Caroli equitis Hierosolimitani evulgavit: *Il Roremonto e l'Aldemiro*, et alia. Post eius obitum fuere in lucem: *Avvento*; *Prediche quaresimali*; *Sacre meteore*, Genuae, typis Colle, 1671.

Celebrant Augustinum hunc praeter collectores Ligurum scriptorum, omnes qui praeteriti saeculi historiam tractant. In encomium perlegitur:

«Joannes Augustinus ex comitibus Linguiglae sive historice scripserit, sive sacris e verbis peroraverit, sive ad numerum cecinerit numeris, omnibus absolutus. Ingenii fecunditate plura orbi volumina, auditoribus voluptatem, lectoribus eruditionem, religioni summum decus, eloquentiae nova lumina, sibi immortalem gloriam comparavit».

Bibliografia: CRESCENZI ROMANI, *Presidio Romano*, Piacenza 1648, II, p. 36; R. SOPRANI, *Li scrittori della Liguria*, Genova 1667, p. 136-137; M. GIUSTINIANI, *Scrittori Liguri*, Roma 1667, p. 300-301; A. OLDOINO, *Athenaeum Ligusticum*, Perugia 1680, p. 304-305; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 86-87; G. ROSSI, *Storia di Albenga*, Albenga 1870, p. 311; *Giovanni Agostino Linguiglia*, in «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», Roma 1928, p. 165; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 262-268; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, S. Salvador C. A. 1980, II, p. 173-177; C. LONGO TIMOSSO, *Il contributo dei chierici regolari Somaschi alla riforma cattolica nella repubblica di Genova nella prima metà del secolo XVII*, «Somascha», X (1985), p. 44-51.

BARTHOLOMAEUS SANCTINIUS

Professus Cremonae 11 februarii 1627, moritur 1683.

Bartholomaeus Sanctinius, Cremonensis, agnomen suum morum sanctitate implevit. Nullum eius momentum vitae transiit

natum dices. Decessit saeculo elapso in collegio Sancti Stephani Placentiae, moerentibus cunctis, queis virtus, prudentia, pietas, eiusque merita fuerant perspecta. Plurima scripsit, quorum hic elenchus.

Preneidos de bello et pace Italiae, lib. XX;

Rupelleidos de recepta Rupella ac de triumphata rebellione in Gallia a Ludovico Justo Francorum XIII rege, lib. XII;

Vesuviados, hoc est de incendio Vesuvii novissimo, lib. IX;

Christiados, lib. IX;

Aestiados libri III de Origine et egregiis factis ducum Esthensium;

Soteria Parthenopea, Veneta et Laurentialia; in illa templum Salutis Venetiis extractum, in hoc gesta Mariae Laurentiae Longae nec non familiae Longae heroes describuntur et commendantur, Venetiis 1645;

Amphiteatrum poeticum, Latinum et Etruscum;

Psalmodia Davidica thusca paraphrasi ac poesi reddita;

Aphorismi salutare;

Triumphus catholicae religionis pro sacerdote regulari maie-stati Christinae Suevorum reginae, Placentiae 1657;

Jerusalem Placentina etrusco sermone, ibidem apud Sirenam 1659;

In Italiam Sacram abbatis Ferdinandi Ughelli encomium.

Quae omnia vincta oratione conscripsit, soluta vero sequentia:

De abstinentia et ieiunio dissertatio ethico theologica, Parmae apud Mariam Vigna;

Breviarium morale;

Theologiae moralis compendium;

Anthologia historica; Iubilaeorum tubae VII, Placentiae apud Bazachium;

Virorum illustrium elogia. Supplementum cronologicum, ibidem 1652;

Armentarium Eucharisticum, opus morale, ibidem;

Tabulae salutare, tomi 2. In primo agitur de Baptismo et Poenitentia, de confessione, de absolutione etc. In secundo de In-

monumentum. Virum uno verbo dixisses, non uno nomine magna aedificationis.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 31-32; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 138-140.

LAURENTIUS LONGUS

Professus Ameriae 16 februarii 1631.

Laurentius Longus, Parmensis, antiquissima nedum sanguinis nobilitate clarus, veris et clarissimis animi ornamentis famigeratus sua aetate floruit. Parmae natus anno 1603, liberalium artium cursu perfecto, publice doctoris laurea est decoratus anno 1625. Vir fuit in Congregatione eximus, omnibus propemodum scientiis locupletatus, linguarum Graecae, Etruscae, Latinae, Hebraicae peritissimus. Principibus, cardinalibus, antistitibus carus, queis opera sua, lucubrationesque singulas noncupavit. Theologus et familiaris magni illius cardinalis Hieronymi Columnae sub Urbano VIII pronuntiati et pridem in Accademia Complutensi exculti, quod satis esset ad summam Laurentii laudem, cum eligi ab optimo viro summa electi sit commendatio. Veterum scriptorum gravitatem in oratoriis recentiorum sales et oculentas sententias in poeticis, soliditatem in theologis, perspicaciam et facilitatem in historicis, maximam pleno iure est assecutus; virum ad omnia

quod meritis et pietatis exercitamentis non cohonestatum fuerit. Novitios nostros in veritate spiritus et christianae perfectionis palaestra erudit, moniales pluribus in locis ad rectam vivendi orandique formam perduxit, concionibus, colloquiis, suasionibus coelesti spiritu informavit. Pluries collegium divi Antonii Lugani rexit et redditibus auxit. Religiosis intra claustra et secularibus extra verbo et exemplis profuit; ea enim modestiae exemplaritate laude praefulsit, ut ad eius aspectum se quisque habitu, verbis atque operibus componeret. Praedictum collegium collectis eleemosinis funditus amplificavit et maiori ex parte magnificam eius ecclesiam erexit. Plenus meritorum et annorum Lugani corporis sarcinam deponens ad coelum evolavit anno 1683, mense aprilis. Reliquit plura manu scripta de rebus spiritualibus, coelestibus doctrinis et documentis referta, quae asservantur in bibliotheca eiusdem collegii.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 128; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1932, II, p. 117-118.

GREGORIUS BULZIUS

Professus Cremonae 27 martii 1627, moritur 1667.

Gregorius Bulzius, Novocomensis, vir ne dum litteris, sed et moribus commendatissimus, plura in Congregatione munera

obivit. Tridenti in collegio Sanctae Mariae Magdalenae praeposituram administravit, consiliarius et theologus celsissimi ac reverendissimi illius episcopi ac principis, de cuius mandato fuit ibi monialium monasterii Sanctissimae Trinitatis a confessionibus. Spiritualium rerum maxime studiosus et animarum profectui vacans, ad fovendam sui aliorumque in superos observantiam, edidit Tridenti anno 1659 italica litteris libellum, cui titulus: *Diarium spirituale*; nec non, eodem anno et loco, alium nempe: *Ottima e brevissima istruzione per l'orazione mentale*. Item, ut de singulis sanctis, singulisque christianis mysteriis per annum festatis cultum amoremque excitaret: *Lavarium poeticum*, praelo Comensi 1663 mandavit in 2 tomulos discretum. Ticini etiam evulgavit opusculum metricum, cui lemma: *Duodecim Caesares Austriaci*, in quo Caesarum usque ad Ferdinandum XIII, ea aetate superstitem, facta selectiora, mores commendat et commendando describit. Reliquit etiam ms. italica: *La vita della madre Barbara Cherubina Ramponi, monaca in Trento nel ven. monistero della Santissima Trinità* et nonnullas alias lucubrations tam metricas quam oratorias in bibliotheca nostra Comi asservatas.

Bibliografia: I. PORTA, *Esemplari e simulacri*, Milano 1693, p. 233; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 23-24; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1934, III, p. 221-223; M. TENTORIO, P. Bolzi Gregorio "Istruzione per l'orazione mentale", «Rivista dell'Ordine dei Padri Somaschi», XXXVII (1962), p. 74-75.

ubi pluries iampridem praefuerat, disciplinae regularis tenacissimus, obiit 1687. Septuagenario maior, et anno superiore, nempe 1686, consignaverat formis Genuensibus *Philosophiae Compendium, Opus Metheororum*. Item paraverat proelo *Paraphrasem in tres libros Aristotelis de arte dicendi*, quae manu scripta asservatur apud nos. De eo mentionem faciunt, nec sine commendatione, Actorum libri eiusdem collegii et Oldoinus in *Atheneo ligustico*.

Bibliografia: M. GIUSTINIANI, *Gli scrittori liguri*, Roma 1667, p. 270; A. OLDOINI, *Athenaeum Ligusticum*, Perugia 1680, p. 224; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 78-79; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 93; O. PALTRINIERI, *Elogio del nobile pontificio Collegio Clementino di Roma*, Roma 1795, p. 53; A. CAPPELLINI, *Dizionario biografico di Genovesi illustri e notabili*, Genova 1941, p. 162.

GABRIUS CARRARA

Professus Cremonae 7 octobris 1630, obiit 1681.

Gabrius Carrara, Venetus, tum philosophiae, tum theologiae studiis exercitus, cum ad amoeniorem literaturam propenderet, rethoricorum libros in nostris athaeneis iussus est interpretari. Vir fuit incomparabilis dexteritatis, suavissimae conversationis, sacrorum rituum observantissimus, cultus divini et cantus studiosissimus, ne dum intra, quam extra claustra regularis vitae exemplar et exemplum. Amplissimum Sancti Petri in Monteforti collegium construi ore, manu et industria curavit in religionis suae amoris

talibus serenissimae Margaretae Austriacae; aliam 1612, Coram Sanctissimo Papa Paulo V; item Orationem in obitu Philippi III Hispaniarum regis, Mantuae 1621; necnon Neapoli Vitam sancti Ignatii italice scriptam, 1615; et eodem anno Romae libellum, cui titulum Vestigium Gymnasii; et plura alia videnda apud Alegambem, libro primo, De Scriptoribus Societatis, etc.

Bibliografia: N. TOPPI, *Biblioteca Napolitana*, Napoli 1678, p. 232; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 16-17; G. MAZZUCHELLI, *Gli Scrittori d'Italia*, Brescia 1753, v. II, p. III, p. 1402-1403; ALEGAMBEM, *Bibliotheca de scriptoribus Societatis Jesu*, Antuerpiae 1643; L. ALLACCI, *Bibliotheca hispana*, II, p. 639; LABRE, *Bibliotheca Bibliothecarum*; S. SPIRITI, *Memorie degli scrittori Cosentini*, c. 41, 144; G. NICIO ERITREO, *Pinacotheca prima*, p. 17; E. D'AMATO, *Pantopologia Calabria*, p. 102; L. ALLACCI, *Apes Urbanae*, Roma 1633, p. 212; SAVARRONI, *Bibliotheca Calabria sive illustrium virorum Calabriae qui litteris claruerunt*, Napoli 1753; SOTWEL, *Bibliotheca scriptorum Societatis Jesu*, Roma 1676; C. SOMMERVOGEL, s. j., *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus*, Paris 1890, I, c. 1682-1684.

GENESIUS MALFANTIUS

Professus Genuae 28 augusti 1629, moritur 1687.

Genesius Malfantius, patritius Genuensis, in Congregatione emisit vota solemnia anno 1629. Vir fuit verbi Dei enunciator emeritus, eruditione eximius, prudentia gravis, morum probitate laudabilis. Anno 1680 summo omnium plausu Praepositus generalis inauguratur. Genuae, in collegio suburbano Sancti Spiritus,

HIERONYMUS RUBEUS

Professus 24 iunii 1628, moritur 1669.

Hieronimus Rubeus, Romanus, Congregationis nostrae vir non minus doctrinae gloria, quam morum disciplina, ac religiosarum virtutum copia cumulatus ubertim. Post multos in nostra Congregatione assecutus honores, quibus magnam laudem ac nominis celebritatem sibi comparavit, in generalem praepositum electus est 1662, perfectissimique evangelici pastoris simulacrum praetulit. Summa diligentia collegit pontificia diplomata et privilegia a diversis summis Pontificibus clericis regularibus Congregationis nostrae concessa, quae typis tradidit Venetiis 1615, in 4°, indicibus et summariis locupletata. Reliquit etiam volumen manuscriptum *Sermonum* italice. Mortuus est Ticini Regii anno 1670. Mandos in *Bibliotheca Romanorum*, tomo I. Ad eius iconem sic legitur:

«Pater Dominus Hieronymus Rubeus spiritum quo, invito parente, ad religionem Somascae accessit Urbanus VIII invicta constantia probavit, nec non eundem spiritualis vitae magisterio, et exercitio animi frontisque hilaritate inter curas et dolores sanctissimo regimine Congregationi confirmavit.

Vere Romanus, qui fortia egit et passus est. Factus omnibus omnia: in Collegio Clementino nobilibus, in probationis domibus novitiis, in generali praepositura patribus omnigenae virtutis exemplar».

Bibliografia: G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, Vercelli 1743, p. 67; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 124-125; M. TENTORIO, *P. Girolamo Rossi e il culto del ven. Girolamo in Somasca nella prima metà del sec. XVII*, in «Somasca da S. Girolamo al 1850», Genova 1984, p. 67-75.

MICHAEL ANGELUS BOTTI

Professus Genuae 16 julii 1628, moritur 1665.

Michael Angelus Botti, Cremonensis, Congregationem adolescens iniiit, post scholastica studia, cum sua inesset ori suada et fervidus cordi spiritus, eloqui a suggestibus instituit. Habuit ingenium Apollini et Minervae accommodatum. Edidit in laudem patris Cerchiarrii *Odam* de eius eruditissima poesi, quae inserta legitur in eius carminum libro, cuso Bergomi 1634, et recuso Venetiis 1656; orationem in die festo et solemni Concordiae Genuensium coram serenissimo senatu in templo metropolitico Genuae 1641, cui titulus: *L'architetto politico*; item tragediam, quae *Arginaldus* inscribitur et quam laudatus Cerchiarus hoc epigrammate adornat:

«Lugubra iam Michael tractas quid fata cothurno
vitalis fidibus si venit aura tuis?
Scilicet obscuris dum plectra recessibus infers
das lucis rutila non nisi luce frui.
Exprimis occiduas per docta epicedia pompas
argutumque ferunt maesta theatra sonum
Sanguine quin spumant dum regia sceptris, cruentos
veni inter latices aurea vena fluvit».

Dicendi copia, energia, maiestate sacrum Protheum caelica suadebat, omniumque stuporem dixisses; vixit et diu quidem, si palmas oratoris vatisque numeres, parvum si universorum vota consideres, nam vel nasci numquam, vel numquam mori debuisset. Tribus candelabris argenteis ecclesiam Sanctae Luciae Cremonae donavit. In collegio Sanctae Mariae Secretae Mediolani eius veneranda imago cum laudatrice inscriptione suspicitur.

Bibliografia: Fr. ARISI, *Cremona literata*, Parma 1702, III, p. 232-233; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, Vercelli 1744, p. 20; G. MAZZUCHELLI, *Gli scrittori d'Italia*, Bre-

scia 1756, v. II, p. III, p. 1893; G. ALCAINI, *Introduzione alla storia della Congregazione Somasca*, «Bollettino della Congregazione di Somasca», I (1915), n. 3, p. 23; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, Genova 1931, I, p. 31⁵⁶.

PAULUS BOMBINI

Professus 1629 die 25 ianuarii.

Paulus Bombini, Cosentinus in Calabria, a primis annis sub pontificatu Pauli V fuit Societatis Jesu alumnus. Sub pontificatu Urbani VIII transiit ad nostram Congregationem; orator, philosophus et theologus, politiorum literarum et linguarum peritissimus. Tyrocinium Somaschense in collegio Sanctae Mariae Magdalenae Genuae absolvit et, votis solemniter emissis anno 1629, ubique locorum suae probitatis et doctrinae radios effudit. Dum inter nos esset, dicere consuevit: Jesuitae de Somaschensium probitate et doctrina silent, quas ego, dum inter ipsos sum, novi. Plura scripsit et evulgavit, sed postquam inter Somaschos fuit adscitus, edidit: *Breviarium rerum Hispanicarum ab Hispania reviviscente, in duas Aeneades primam et secundam discretum*, Venetiis 1634, in 4°; Item *Hispaniam Austriacam* libris XVII, quam paratam editioni habuisse Allatius testatur in *Bibliotheca Hispana*, tom. 2, in append., fol. 369. De eo meminit Toppius in *Bibliotheca Neapolitana*. Antequam vero Paulus in Congregationem Somaschensem veniret, ediderat, Romae 1611, *Orationem in paren-*